









ARESTA AMORVM.



Cum erudita Benedicti Curtij Symphoriani explanatione.

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

LVGDVNI APVD SEB. GRYPHIVM

M. D. XXXIII.


KAISERLICHE KOENIGLICHE

D. MAVRITIO

BVLLIODO SENATORI Parisiensi, uiro doctissimo, æquissimoq́;, Benedictus Curtius Symphorianus S. D.



HRYSIPPVS, quemadmodum memoriæ prodidit Aullus Gellius in his libris, quos περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς inscripsit, Iustitiam antiquioribus rhetoribus, atq; pictoribus depingi ad hunc propemodum solitam, uir præstantissime, scribit. Videlicet forma, ac filo uirginali, aspectu uehementi, & formidabili, luminibus oculorum acribus, neq; humilis, neque atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate. Ex cuius imaginis significatione, intelligi uoluit, iudicem oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contraq́; improbos, nocentesq́; immisericordem, atque inexorabilem, erectumq́;, & arduum, atque potentem ui, & maiestate æquitatis ac ueritatis terrificũ. Quæ quidem omnia ex ipsius imaginis denotatione; sed & multa ex illius effigie prætefers. Quibus omnibus, nedum horum aliquo erga me uti te, quin etiam rogarim in his meis commentarijs quos in amorum aresta tuo auspicio in publicum emisi; ab obtrectantium calumnijs defendi, protegiq́; uelim. Sunt etenim in his pleraq; censoria nota reprehensuq́; digna, quæ non mo-

do antistes Iustitiæ,ut tu in amplissima Parisiorum Lutetiæ curia es,uerum thesmotheta carpere possit.Primum eloquentiã, crebram tum legum,atque capitum, & cæterorum ultra aleam iurisconsultorum citatam autoritatem. Nonnunquam etiam quod in amore iocatus sim lasciuiente calamo. Sæpius autem ab opinione iurisperitorum recentium dissensi,in quibus his omnibus,aut saltem pluribus,est aliquid quod conspectus iustitiæ tuæ, & dignitatis non cum reuerenda tristitia terrificus, uerum humilis, & facundæ autoritatis me condonare possit: atq; etiam quod defendere possim. Eloquentiã uero præstare in scholijs legalibus,nedum in cęteris commentarijs,ac rebus alijs perrari est hominis,quam ipse itidem præstare neq; polliceor,neq; ita temerarius sum,uti id iactitem,ac confidam:quin etiam parum latina inserui: quæ ipsa latinitas, in suo tribunali sedens, uix probare poterit, nec ipsius linguæ cretici. Verum neotericis iurisprudentiæ autoribus morem in nonnullis gessisse me oportuit,ne si aliter à me scripta,translataq; forent: parum ab omnibus intelligerentur: tum præsertim quòd interpretem non obscurum, sed clarum, & aperientem esse deceat, ne dum gryphos elucidat, gryphis ipsis obscurior sit: utpote obscura obscuris nectens:ut mihi denique culpam deprecari, quàm ipsa carere idoneũ magis uisum sit.In coaceruandis uero ad unius rei tam legum, quàm capitum opinionibus,& cæterorum autoritatem & comprobationem,id cum nostratibus leguleis feci,quorum præcipua inter eos laus est, ad unam rem, parum nonnunquam difficilem (etsi in idem recidant) congerere sententias,sursum ac deorsum uagantes.hoc autem ex diui Hieronymi ad Ruffinum autoritate, qui commentatoris officium esse ait,multorum sententias ponere, & materiam è materia serere. Quod parcius à me obseruatum est : ueritus libri mensuram,ne ita usq; ad fastidij necessitatem uolumen extenderetur,ne etiam lectori nauseam excitarem, & eius animũ uulnerarem.E nostris uero iurisperitis in iure ciuili Bartholum,& Paulum castrensem selegi,quòd is præcipuus inter recentes

centes uno omnium ore habeatur, acclameturq́ꝫ: alter planè facilior & enucleatior. In iure pontificio Nicolaum Tudiscum, Abbatem Panhormitanum, & Petrum Ancharanum, Zabarellamq́ꝫ cum cæteris iuris Cæsarei & Pontificij glossematicis: à quorum sententia sæpe ego discessi, nec enim in alicuius uerba iureiurando adactus sum. Quamobrem rem permolestam fecisse aliquibus nō sum nescius, quibus etiam suum iudicium reliqui. Dijudicabit bonus, æquusq́ꝫ lector: dijudicabunt etiam qui post nos uenient. Quod autem è penu promptuaria cæterorum autorum plura congessi, id cum Marciano, Celso, Marcello & alijs antiquis Romanis iurisconsultis feci: Neqꝫ enim ita præcise, circuncisèq́ꝫ commentationem nostram facere, & sicco pede uestigijs legum interpretum inhærere uolui; sed accesione aliqua nostrorum opiniones cum aliquo oblectamento adiuuare. Cæterum plura adijci potuisse ingenue profiteor, quæ in præsentiarum omittere partim breuitatis gratia (quæ mirum in modum animos delectat) malui: partim etiam, quod satis abunde sufficit, si uel in paucis amici laboribus consulatur, ut ad Octauiā Diocletianus, & Maxim. Cæsares testati sunt. Multa insuper in amoris prærogatiuam scripsi, quæ uel Momus iurisprudentiæ aliquis, etiam citra crepidam reprehendere posit. Idque cum autore ipso iocatus sum, etiam iuueniliter plerunqꝫ extra rem, dum enarrandis his amorum arestis inhio. Neqꝫ amores meos, & ineptias patefeci, quod fecerunt uiri grauissimi Hortensius, Seruius Sulpitius, etiam iurisconsultus, Q. Sceuola, M. Brutus, diuus Augustus, Plinio secūdo autore; insuper & Nerua, & Hadrianus, referente Spartiano: prætereo philosophos multos. Et hæc quidem post impetratam studij mei legalis ueniam, quum iam me Lutetiam Parisiorum contulissem, ferendis arestis imam aurem uellens in basilica incumberem. Hæc enim, quantulacunqꝫ sint, tibi optime Senator offero, propter meam erga te obseruantiam, quòd etiam optimum te semper censorem existimauerim, tum etiam quòd si me parum prudentem inter-

pretem ac nocentem deprehenderis, ex sanctissimo amicitiæ genio erga omnes tuo ueniam erga te mereri confidam. Quæ si ille tuus uirginalis aspectus ferre non possit, saltem illa fami liaritas multarum academiarum, quæ non leuis esse consue- uit, Fabio Quintiliano autore. At si contra hæc mea in aliqui bus comprobes, te iudice patronorum, aduocatorum, pragma ticorumq́, nec non subscriptorum omnium, & aliorum quo- rumcunq́, calumnias, inuidiam, suggillationes, ac tricas parui faciam. Hæc sunt præterea studij legalis mei primi labores, & fructus, quos ideo prompta, ut aiunt, manu accipere debes, sicut nec deus agricolarum primitias, qualescunq́ sint, contemnit. Offert enim unusquisq́ quod habet: aurum hic, argentum alius, byssum, pelles, caprarum pilos: mecum bene erit, si hos commentarios hilarè receperis: quòd nunc aliud non ha- beam quod offe- ram. Vale.

BENEDICTI BVATERII CAmerarij diui Pauli Lugduñ. ad DN. Mauricium Bulliodum Senatorem Parisiensem, cui opus dicatum est, carmen.

Dum natum quærit genitrix Cytherea uagantem,
Occurris mœstæ tunc Buliode deæ.
O Venus exclamas, scimus quibus ocia terris
Ille terat, quem quæris sceleratus amor.
Curtius hunc (teneant lachrymantia lumina fletus
Detinet, ambo dolos, iuraq; amoris agunt.
Curtius inuidiam metuens prodire negabit,
Dic me patronum, protinus hic aderit,
Curre Venus curre, & lætissima iurgia nati
Accipe, adest natus grande tribunal habens.
Quid stas? nonne isthæc lepidis sunt condita uerbis
Iura, quibus tua plebs uiuere tuta queat?
Næ usus consilio puer est. Nam sæpe puellam
Fallere uir poterat, sæpe puella uirum.

ROBERTI BVLLIODI Sacristæ diui Pauli Lugduni tetrastichon in librum.

Scripsit pragmaticus, quæ sanxit aresta Cupido.
Curtius explicuit, de tribus exit opus.
At maior referenda fuit tibi gratia Curti,
χρύσεα qui reddas, χάλκεα quæ fuerant.



ENE *erit, iuxta Vlpiani sententiam in l.j.ff. de reb. cre di. priusquàm ad Arestorum deueniamus explanationem, pauca de ipsius uocabuli significatione dicere: utq; cum Ciccrone loquamur (quia omnis disputatio de arestis futura est) ante diffinire libet, quid sit Arestum: Nam, ut ait Galenus in libello artis medicinalis, Ex diffinitione sufficienter omnia memoriæ commendantur. Est igitur Arestum curiæ amplißimæ, siue senatus sententia. Qua uoce græcè placita signi ficantur: debetq; per unicum r, scribi: cuius quidem interpretationis Gulielmus Budæus, totius Galliæ, ac literaturæ græcanicæ præcipuum decus, nos primus admonuit.* *Arestum.*

Enuiron la fin de Septembre,
Que faillent uiolettes, & fleurs:
Ie me trouuay en la grand chambre,
Du noble parlement Damours.
Et aduint si bien quon uouloit,
Les derniers aretz prononcer:
Et que a ceste heure on appelloit,
Le greffier pour les commencer.

AVTOR *huius libri Coactor fuit senatus Parisiensis, nomine Martialis, origine Aruernus, cuius extāt alia opera rhythmis gallicanis, ut sunt uigiliæ Caroli* VIII. *in quibus Britannorum ex regno ab ipso facta expulsio describitur. Quarum lectio per aratores decantata, tanti apud Gallos est, quanti Catulli Lesbiæ paßeris deploratio apud omneis. Sunt præterea eius matutinales ad diuam Mariam deprecationes. Describit autem hîc & tempus, & locum in quo ius redditum sit: qui locus* IVS *dicitur, appellatione collata ab eo quod fit, in eo ubi fit. Quem locum determinare poßumus, ubicunq; prætor salua maiestate imperij sui, saluoq; more maiorum ius dicere constituit, is locus recte* Ius *appellatur. l. pen. ff. de iust. & iur. Qui quidem locus ea significatione extenditur, & si domi, aut in itinere ius reddatur. l. uoluit. §. fi. ff. de inter. act. Quæ sententia paulò seueritatem tribunalis diminuit. Nisi hæc in interrogatorijs tantum locum sibi uēdicet, aut in confeßionibus iudiciarijs: ut & titulus & materia exposcit. Ni etiam sententia ex periculo, quin potius ex breuiculo recitanda sit, iudice curru tracto, aut equo insidente. Bart. in. l. j. C. de sent. ex bre. reci. Sed & sententia in non publico lata, non ualet. l. cum sententiam. C. de senten. & interl. Sententia quippe in ea ciuitate ferenda in dubio est: ubi factum sit compromißium.* *Ius ubi reddi debeat.*

 l. si cum

l.si cum dies.§.si arbiter.ff.de recep.arb.Poßunt tamen iudices delegati: & qui certum tribunal non habent, seligere, quem maluerint. Dum tamen honestum.argumento d.l.si cum dies.§.sed & si. Accursius.Paul.Castr. in d.l.cum sententiam.hic in l.fi.ff.de iur.om.iud. Bart.in d.l.j.Panor.in c.P.& G.de offi.delegati. Si uero non sit locus comprehensus, debent iudicare ubi consuetum sit.l.si locus.ff.de iudic. Verum quid si partes consentiant, ut non in loco maiorum ius reddatur? Bart.in d.l.penul.id posse arbitratur.argumen.d.§.si arbiter.Panor. in d.c.P.& G.sicuti poßunt arctatum à delegante prorogare.l.cum nō ex eo. C. quando pro.non est nec. in qua Accur. & etiam locum l.uinum.ff.de reb. cred.l.quæro. ff.de sol. Quum idoneè arguant nostri Iuriconsulti de tempore ad locum: uel econtrario Bart.Paul.in d.l.uinum.Nunquid etiam poßint assentire partes, ut extra territorium ius dicatur? cum extra illud sententia lata non ualeat.l.fi.ff.de iur.om.iud.c.fi.de const.in vj. Bart.in d.l.penul.id posse dicit. Paul.tamen in d.l.fi. in ordinario non arbitratur: cum locum certum maiorum habeat, quod in delegato secus est. Idem Paul.in d.l.quæro.In d.tamen l.fin.id posse fieri dicit, in omnibus iudicibus expresso partium consensu. Quum in cæteris prorogationibus satis sit tacito.c.statutum.§.illo.de rescript. in vj. Idem in l.si qui ex consensu.C.de epis.aud.Panor.in d.c.P.& G.qui cum Paul.addit: ut iudex alterius territorij consentiat.c.ut litigantes.eo.tit.in vj. Idem in c.nouit. col.ij.de off.deleg.Vide Anch.in c.fi.de const.in vj. An uerò iudex inter iudicandum debeat sedere? uide in c.fi.de re iud.in vj.& ibi Io.And. Bart.in d.l.j. Et quid si id non poßit ob infirmitatem? Ad hanc uerò rem Plautus in Mostellaria: Nimio plus sapio sedens. Varro lib.j.de re Rustica, commune prouerbium Romanorum esse dicit: Romanus sedendo uincit. De quo Polydorus Vergilius numero CXIII. Quod fecisse Carolum V. annales Gallici prodiderunt. Sedere insuper teste Seruio in ix. ex Plauto consilium capere est.

Sedere.

Si estoyent illec bien,
A les rapporter,& auoir.
Au meillieu desquelz ie me assis,
Pour en faire comme eulx debuoir.
Le President tout de drap dor,
Auoit robbe fourree dermines.
Et sur le col ung camail dor,
Tout couuert desmeraudes fines.
Les seigneurs lais pour uestement,
Auoyent robbes de uermeil,

Frangees par hault de dyamans,
Reluysans comme le soleil.
Les aultres conseilliers deglise,
Estoyent uestus de uelours pers,
A grand fueillage de Venise,
Bordez a lendroit,& lenuers.
Dessus sy auoyent leurs manteaux:
Tant de grosses perles barrez,
Fermans a moult riches fermeaux.
Et puis leurs chapperons fourrez.
Apres y auoit les deesses,
En moult grant triumphe,& honneur:
Toutes legistes,& clargesses,
Qui scauoyent le decret par cueur.
Toutes estoyent uestues de uerd,
Fourres de penne de letisses.
Et auoyent leur col tout couuert,
De colliers dor,gents & propices.
Puis portoyent attours a ces fins,
Moult excellens,& precieulx:
Qui estoyent si deliez & fins,
Que on ueoit leurs beaulx cheueulx.
Leurs habitz sentoyent le cypres,
Et le muscz si habondamment,
Que len neust sceu estre au plus pres,
Sans esternuer largement.
Oultre plus en lieu dherbe uerd,
Quon a acoustume despandre,
Tout le parquet estoit couuert,
De romarins,& de lauande.
Plusieurs amans & amoureux,
Illec uindrent de diuers lieux,
Et damans courroucez ioyeulx.

Par derriere les bancz ien uis,
Qui lesditz arestz escoutoyent.
Dont leurs cueurs estoyent tant rauis,
Quil ne scauoyent, ou ilz estoyent.
Les ungz de paour serroyent leurs dens:
Les aultres esmeuz & ardans,
Tremblant comme la fueille en larbre.
Nul nest si saige ne parfaict,
Que quand il oyt son iugement,
Quil ne soyt a moytie deffaict.
Et trouble a lentendement.

Ouidius in I. *Methamorphoseos ostendit iudicem timendum his uerbis:* Nec *supplex turba timebat*, I*udicis ora sui.* M*artialis in xij.ad Semproniam* : Nec *minus attonitis uox celebrata reis. Cicero pro* P. Q*uintio:*M*agnitudo periculi summo timore hominem afficit:quod uno iudicio de fortunis omnibus decernit.*

Ie laisseray ceste matiere,
Car de cela peu me chaloit:
Et racompteray la maniere,
Comme le President parloit.
Et tout ainsi & au plus pres,
Que les arestz luy ouy dire:
Ie les ay escriptz cy apres,
En la forme que les orrez dire.
Sans y adiouster quelque chose,
Aussi retenir ne oster.
Et les prononca tous en prose,
Comme uous orrez reciter.

PREMIER AREST.

PAR deuant le Preuost de dueil se assist de pieca ung proces, entre une tres gracieuse dame, & le procureur Damours en cas dexces dune part: Et ung amant ieune escuyer deffandeur daultre part. Et disoyent lesdictz demãdeurs que ceste dame en tout son temps a este de grand renommee, fort esbatant, ioyeuse, & de plaisant maintient.

maintient. Et quelle cest tousiours bien & honnestement entretenue en seruice Damours, sans iamais auoir este reprinse daulcung uillain cas, blasme, ou reproche.

Existimatio.

HAEC EST *existimatio. Quæ est dignitatis illæsæ status: legibus, ac moribus comprobatus. Quæ ex delicto nostro autoritate legum aut minuitur, aut consumitur. l. penul. ff. de uar. & extraord. cog.* Hic *uerò de legibus, & moribus amantium intelligendum erit.*

Or estoyt uray que ia pieca cest amoureux saccointa delle, & apres plusieurs allees & uenues, il la pria daymer: en luy presentant plusieurs dons & bagues, quelle ne uoulut prendre ne recepuoir pour doubte de commettre simonie en amours qui est deffendue.

Simonia. — Amor res diuina. — Animus.

SICVTI *enim aliquid uel dare uel exigere, pro re spirituali simonia est, totis titulis de simonia iuris* Pontificij: *ita & in amicitia est. Quum sit quid diuinum amor, & igneus illi uigor sit, ac solis etiam animis consistat. l. iij. ff. de dona. inter uir. & uxo. Est præterea animus quid spirituale, quo amor retinetur, & etiam gratia propter quam amamus.* Panor. *in c. quanto. de iud.* Igitur *pro eo quid dare, simoniacũ erit, ac proannexis.* Idem *in rub. illius tituli, & in c. de iure. de iure patr.* Accessorium *uerò principalis gaudere prærogatiua decens est.* Idem *in. c. j. eod. tit.* Nec *cõsuetudo quẽ excusat. cc. nõ satis. cum in ecclesiæ. eo. Qui tamen minima confert, simoniam non facit. c. & si quæstiones. illo titu. Quæ autem parua sint, secundum recipientium & offerentiũ personas metiendum est.* Caueant *tamen ne pro inuestitura quid detur, tunc enim esset simonia. c. in tantũ. in eo.* Bene *illud crimen incurrit, qui propter mulieres omneis facultates decoxit. Quæ pestis omneis alios morbos sua magnitudine uincit. c. sicut. eo.* Et *illud crimen immane est, ad cuius comparationem cætera crimina quasi pro nihilo sunt. c. per tuas. j. eo.* At *etiã taleis ab omni psalmodia repellendi sunt. cc. accusatum. quoties. tanta. eo. Quia inde subsequitur fletus.* Et *à templo expellendi sunt. c. sicut. eo.* In *curia tamen* Cupidinis *eiusq; matris non habet locũ simonia, sicuti nec in curia romana.* Pan. *in c. j. eo.* Neq; *in principis curia lex iulia de ambitu. Quod hodie ad unguem obseruatur, non tamen sine animæ detrimento.* Ac *nec propter futurum matrimonium uter alteri dare quid debet. l. si ita stipulatus. §. fi. ff. de uerb. obl. l. quod sponsæ.* C. *de don. ante nupt. l. j. ff. de don.* Nisi *ubi mulier esset nobilis: uir autem plebeius.* Bart. Paul. *in d. §. fi. ille in l. diuortio. ff. de uerb. ob.* Pan. *in d. c. cũ in ecclesiæ. Quid si à tertia persona elargiatur?* Paul. *in d. §. fi. maxime si ob rem habendã, quæ turpis causa est* Pan. *in d. c.*

Propter futurũ matrimoniũ donatio an ualeat.

cũ in ecclesiæ. Simonia uero quid? & unde, & quot modis fiat? Io. in prin. j. q. j.

Mais len remercia, en luy soubriant, & respondant gracieusemẽt, toutes & quantes foys quil parloyt a elle. Et peult bien estre que pour la loyaulte quelle cuidoyt trouuer en luy. Disant que elle laymoit bien, & quil estoit tallie dauoir beucoup de biẽs au tẽps aduenir: sans y penser nul mal. Donc le galant mal consyderant que dames sunt tousiours plus promptes a reiouyr cueurs damoureux, que a faire douloir:

Mulieres delectant.

NATVRA *enim comparatum est, ut mulieres magis delectent, quàm contristent. Nam ut inquit Stroza pater:*

Si dedit egregiam faciem natura puellis
Non adamanteum pectus habere iubet.
Nec iubet exitio tristi lætentur amantum,
Fallitur id suadet si qua puella sibi.

Sesmeut, & eschauffa tellement, quil luy sembla que la besongne estoit ia faicte. Et quil en uiendroit bien au dessus des craintes. Et de faict, une iournee luy uint dire ql estoit mort: & ql ne uiuroit pas trois iours, selle ne luy octroioit: ce ql luy demandoit. De la quelle chose ceste dame estoit moult esbaye, & a brief luy respondit, que dautãt quelle laymoit: elle ayroit desormais: sil luy parloit plus de cela. Donc il ne tint guieres de compte: ains se efforsa de proceder oultre:

Propter repulsam non desistendũ.

PROPTER *repulsam amasius desistere nõ debet. Ouidius in j. de arte.*

Prima tuæ menti ueniat fiducia cunctas
Posse capi, capies, tu modo, tende plagas.
Vere prius uolucres taceant æstate cicadæ:
Mænalius lepori det sua terga canis,
Fœmina quàm iuueni blandè tentata repugnet.
Hæc quoq; quam poteris credere nolle, uolet. In eodem.
Ergo age, ne dubita, cunctas superare puellas:
Vix erit è multis quæ neget una tibi,
Quæ dant, quæq; negant, gaudent tamen esse rogatæ:
Vt iam fallaris tuta repulsa tua est. Alibi in eodem
Tempore difficileis ueniunt ad aratra iuuenci:
Tempore lenta pati frena docentur equi.

Ferreus

Ferreus aßiduo conſumitur annulus uſu:
Interit aßidua uomer aduncus humo.
Quid magis eſt durum ſaxo? quid mollius unda?
Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.
Penelopen ipſam,perſtes modo,tempore uinces.
Capta uides ſero pergama,capta tamen. Idem in iij. Metamoph.
Sed tamen hæret amor,creſcitq; dolore repulſæ. Claudianus
Accenditq; magis,quæ refugit uenus.
Quod flenti tuleris,plus ſapit oſculum

Martialis in iiij. ad Sophronium.

Quæro diu totam,Sophroni Ruffe,per urbem:
Si qua puella neget,nulla puella negat.
Tanquam fas non ſit,tanquam ſit turpe negare:
Tanquam non liceat:nulla puella negat.
Caſta igitur nulla eſt,caſtæ ſunt mille.quid ergo?
Caſta facit?non dat:non tamen illa negat. Syluula apud Saxum.
Aſpera ſunt,quamuis uel plusquam credere fas ſit,
Dura tamen mollis marmora rumpit aqua.
Ardua robuſtis quercus radicibus hærens,
Extollit ramos quæ ſuper aſtra ſuos:
Ictibus immodicis ualidæ percuſſa ſecuris:
Eruta frondoſum ponit & ipſa caput.
Aſſueſcit curui ſub pondere toruus aratri:
Globoſam Cereri ſcindere taurus humum.
Non uidit domitos collo quis ferre chelydros:
Qui portant medio falſa uenena foro.
Indomitus nunc nunc dominum qui ferre negabat:
Anxius eleo puluere ſudat equus.
Lambit ſecuri dextram rabioſa magiſtri:
Montibus incultis quæ modo tigris erat.
Tempore ſublimes ponunt faſtigia turres:
Aequantur preßo culmina celſa ſolo.
Mœnia dimittunt præclari nominis urbes,
Cuncta domant curſu tempora longa ſuo.

Et prẽdre parforce ung baiſer,par quoy elle le uouloit frapper,Et neaumoins ne ſen ueult departir,ains reuient uers elle faignant de plourer de douleur & dangoiſſe, quil enduroit.

Et sestoit faict froter le uisage, & les yeulx de eaue de solcie, affin quil semble plus piteux.

Cyminū pallidos reddit.

HOC præstat cyminum siue cuminum Horatius lib.j. Epistolarum.epist. xx. Qui si pallentem casu biberem exangue cyminum. Vbi Acron id affirmat, & Dioscorides lib.iij.c.lxvj.

Et tellement que ceste dame esmue de pitie. En cuidant ueritablemēt, que les larmes quil auoit aux yeulx, luy uenissent du parfond du cueur.

Lachrymæ in amantibus artes sunt.

LACHRYMAE in amantibus artes sunt. Ouidius,

Et lachrymæ prosunt, lachrymis adamanta mouebis:
  Fac madidas uideat si potes illa genas.
Si lachrymæ (neq; enim ueniunt in tempore semper)
  Deficiunt: uda lumina tange manu. Et idem elegia VIII.
Quin etiam discant oculi lachrymare coacti,
  Et faciant udas ille uel ille genas.

Decepta fuit Briseis Achillis lachrymis ut illa apud eundem testatur.

Credidimus blandis quorum tibi copia uerbis:
  Credidimus generi, numinibusq; tuis.
Credidimus lachrymis, an & hæ simulare docentur?
  Hæ quoq; habent artes, quaq; iubentur eunt. Et Medea Iasonis
Vidi etiam lachrymas, an & est pars fraudis in illis?
  Sic cito sunt uerbis capta puella tuis.

Sed quid sin lachrymæ in uiris artes sunt, atq; doli? quid in mulieribus. Sunt etenim harum lachrymæ (ut ait in Andria Terentius) cōfectæ dolis. Propertius in iij. & fi. eleg. Nil moueor lachrymis, ista sunt captus ab arte Semper ab insidijs Cynthia flere soles. Architrenius. li. vij.

—Riguumq; facillima flendi
Fœmina pectus habet, didicitq; cadentibus ultro
In lachrymas clausisse dolos. Lydius Cattus.
Quem non deciperet fictis mala fœmina uerbis?
Quem non blanditijs falsa puella suis
Sæpe addit lachrymas, lachrymis caue doctior, artes
Hæ sunt: has lachrymas tu caue tutus eris.

Mulieres faciles ad decipiendum.

Et ut è materia materiam cōseramus: quod peculiare recentium iurisperitorum est: & aliquod parergon addamus, sunt enim mulieres faciles ad decipiendum. Nam ut inquit imperator Iustinianus. Infirmitatem naturæ mulierum satis nouimus, quod facile circumuentiones fiunt aduersus eas. §. quæsitum. in aut. de æq. dot. col. vij. Et Hæro Nasonis

sonis Fortius ingenium suspicor esse uiris. Vt corpus teneris, sic mens infirma puellis. Præsertim autẽ à maritis decipiũtur. §. si quis. Vt immob. ante do. col. v. Et serpens ille tanti sceleris autor prius ad Euam conuersus. c. Adam. xxxv. q. v. Aristoteles autem statim circa principiũ ix. De animalibus: mulierem faciliorẽ ad decipiendum memoriæ prodidit. Dido uergiliana. lib. iiij. Aeneid. sic fatur.

Egregiam uero laudem & spolia ampla refertis:
Tuq; puerq; tuus magnum & memorabile nomen:
Vna dolo diuûm si fœmina uicta duorum est.

Ouidius in iij. de arte.

Sæpe uiri fallunt, teneræ non sæpe puellæ:
Paucaq; si quæras crimina fraudis habent.
Phasiadem matrem fallax dimisit Iason:
Venit in æsonios altera nupta sinus.
Quantum ad te Theseu uolucres Ariadna marinas
Pauit: in ignoto sola relicta loco.
Quære nouem cur isse uices dicatur, & audi:
Depositis syluas Phyllida flesse comis.
Et famam pietatis habet, tamen hospes & ensem
Prebuit: & causam mortis Elisa tuæ.

In epistolis.

Sed quia crudelitas damno solet esse puellis.
Verbaq; dicuntur uestra carere fide.

Idem in ij. Epistola:

Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria, simplicitas digna fauore fuit.

Et hic in xiiij. etiã Metamor.—Sed amans, & læsa & fœmina Circe est. alibi
Sunt decepta tuis, & amans, & fœmina uerbis.

Propertius in ij.

Colchida sic hospes quondam decepit Iason:
Eiecta est, tenuit nanq; Creusa domum.
Sic à dulichio iuuene est elusa Calypso:
Vidit amatorem pandere uela suum.
Ah nimium faciles aurem præbere puellæ
Discite desertæ non temere esse bonæ.

Catullus in argonauticis:

Frigidulos udo singultus ore cientem
Siccine me patrijs abductam perfide ab oris
Perfide deserto liquisti in littore Theseu?
Siccine discedens neglecto numine diuûm
Immemor, ah, deuota domum periuria portas
Nulláne res potuit crudelis flectere mentis
Consilium, tibi nulla fuit clementia prædo,

Immite ut nostri uellet miscrescere pectus.
At non hæc quondam blanda promissa dedisti
Voce mihi; non hos miseram sperare hymenæos:
Quæ cuncta aërij discerpunt irrita uenti. *Faustus in iiij. Liuiæ*
Scilicet ista fuit ueterum natura uirorum
Fallere fœmineum credula corda genus.

Le baisa & accolla deux ou trois fois: pour obuier a plus grãd meschief: ou que il ne cheust en desespoir. Et auecque ce luy feist plusieurs aultres gratuites & menus plaisirs, dont il ne fust encores pas cõtent: ains perseuerãt de mal en pis uoulut metre la main aux tetins. Et a ceste cause elle sen courrouca. Et apres pour le eslongner & pour luy monstrer, quil nestoit pas la ou il cuydoit: elle luy donna conge affin quil ny retournast plus. Mais ce nõ obstãt encores fust il plus eschauffe de y uenir que deuãt. Et apres aduint que ung iour sur le iour arriua en la maison delle, court habille & desguyse a tout une gente daguette pendante a sa cainture, & apres quil eust saluee, & bien longuement quaquete, il commẽca a dire ces motz. Madame mauldite soit lheure que ie fus oncques ne, neautmoins ie neusse point tant souffert de peine que fais pour uous. Et puis que ainsi est qui ne uous en chault, & que ny uoulles remedier iayme mieulx me tuer cy pardeuant uous: que plus languir. Et ie uous asseure ma foy que iamais ne partiray de ceans qui ne me portera les pieds deuant. Car il me souffist, & sur uous en auray merite. Et sur ce point le dict amoureux print sa dague, & cõmence a soy deslasser, faignant de se frapper a la poictrine, A quoy la dessusdicte dame pour doubte desclandre mist la main au deuãt du pourpoint, et du pomeau, & le tance tresbien luy demonstrant que il seroit perdu, & homicide de soy mesme.

Testamẽtum in se manus mittentis an ualeat. *Amoris furor.*

SI *quis enim manus in se nõ postulatus, nec in scelere deprehẽsus intulisset. uerũ tædio uitæ, aut intẽperantia doloris, luctus'ue causa alicuius, ut* Lucretia *&* Portia *fecerunt: aut pudore æris alieni, uel iactationis, ut quidã fecerũt philosophi, aspirãtes ad summũ bonũ, uti* Empedocles *&* Cleombrotus, *uel furore amoris, quo nil uehementius. §. nouimus. in aut. Qui. na. col.* vj. *Cũ nec frater fratri*

parcat

parcat cum furor ille uenit. Nec igneus ille furor nescit habere modū:ut ibi per Accur. nihilosecius testamētū illius ualet.nec irritū est.Sed nec etiā serui ex morte dñi torquētur,& eo ordine quo cæteri succeditur, neq; fisco uēdicātur bona l.fi.ff.de bo.eo.l.j.C.eo.l.in fraudē.ff.de iur.fisc.l.si quis.ff. de pœn.l.omne.ff. de re mil.l.si quis filio.§.eius.ff.de iniust.rup.l.j.§.si quis nō.ff.ad syll.l.ij.C. qui test.fa.po.l.factū.ff.de accu. Ac etiā propter furorē nō modo ab homicidio quis excusatur.l.infans.ff.ad le.cor.de sic.sed & à parricidio.l.pen.ff.ad l.pōp. de par. Secus si nō ob hæc dd.ll.tametsi propositū sit secutū nequaquam.dd.ll. omne.si quis in fraudē. Nec lugendus is qui sibi ob crimen mortē cōsciuit.l.nec liberorū.§.pomponius.ff.de his qui no.inf. Voluntariam uero mortem pluribus uerbis diuus Aurelius Augustinus lib.j. de ciuitate dei detestatus est:quam quidē mortē immanitati,& informem laquei nodū probro Egyssippus lib.iiij.c.ix.dedit.& idem lib.iij.c.xvij.naturæ ualidam legē esse uelle uiuere nec mortem sibi asciscere.Nihil enim magis inimicū q̄ mors,ut q uitam protexerit,patronus sit, qui mortē appetat insidiator sit.Solius enim hominis est uitæ insidiari, nō etiam animaliū aggrestiū & ferarū.Et Aristoteles lib.iij.c.vij.Eth.nō fortis esse hoīs sed timidi ob fugiendā paupertatē,uel amorē,atq; quid molestū mortē sibi incutere.Et carnificis loco is habetur,qui sese ut moreretur uulnerasset,inquiente Festo.Est quippe turpe nefas,ut ait Calentius,ꝓpria decubuisse manu.Et ne sæpius hoc contingeret diuina utiliter dispensante prouidētia(scribente Homilia.fi.Io. Chrysostomo)effectū,uti nemo sine dolore dissolueretur,alioquin uero in paruo etiā mœrore multi uiolentā mortē eligerent.Plures enim ne in manus hostium deuenirent,manus cruentas in se iniecerūt,aut ut id facerent alijs mandarent,ut Cato,Annibal,Caßius,Brutus,Nero & plures alij Romani ut est uidere apud Apianum.Verum quia superius de Cleombroto à me mentio facta est,pauca de eo dicam.Is fuit Ambraciota,qui cum Platonis Phædoni insudaßet se præcipitem dedit.In cuius mortem sequens Callimachi epigramma est:

Mors uoluntaria detestanda.

Εἴπας ἥλιε χαῖρε κλεόβροτος ἀμβρακιώτης,
ἧλα τ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἀΐδου
ἄξιον ὄτι παθῶν θανάτου κακόν, ἀλλὰ πλάτωνος
Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμματα λεξάμενος Latinitate donauit Pōp.Gauricus

Vita uale muro præceps delapsus ab alto,
Dixisti moriens Ambraciota puer.
Nullum in morte malum,docti sed scripta Platonis:
Non ita erant animo percipienda tuo.

Macrobius.li.j.Som.Scipionis dicit Platonē intelligi deberi,de ea morte:quæ cū adhuc anima in corpore cōstituta sit:corporeas illecebras ipsa philosophia docēte

 interimit

interimit. & cupiditatũ dulceis insidias: reliquasq; omnes exuitur passiones. Et in li. ij. Hæc enim illius sunt præcepta doctrinæ, quæ illã dicit mortẽ philosophantibus appetẽdã. Ex qua fit, ut adhuc in corpore positi corpus ut alienã sarcinã (inquãtũ patitur natura) despiciãt. De illo Lactãtius lib. iij. c. xviij. Diuinarũ instit. & Augu. lib. j. c. xxij. de ciuitate dei. Deq; illo intelligẽdũ illud Ouidianũ in Ibim:

Vel de precipiti uenias in tartara saxo
Vt qui Socraticum de nece legit opus.

Et aussi elle le reconforte le mieulx quelle peust, pour le destourner du mal faict quil uouloit faire. Mais au dernier rien ne ualut, car il commenca a iurer & maulgreer que il se tueroit illec en la place, sans plus attendre pas une heure.

Periuria amantum. *Fallunt sæpenumero puellas periurijs amasij, quæ Iupiter deridet: sicut in primo de Arte, Naso scribit:*

Iuppiter ex alto periuria ridet amantum.

Et lib. j. Elegiarum.

Nec si quem fallas, tu periurare timeto
Commodat, illusis numina surda Venus.

Catullus in Argonaut.

Tum iam nulla uiro iuranti fœmina credat.
Nulla uiri speret sermones esse fideles.
Qui dum aliquid cupiens animus prægestit apisci
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt.
Sed simul ac cupidæ mentis sanata libido est:
Dicta nihil metuêre, nihil periuria curant.

Tibullus in iiij.

Nec iurare time, Veneris periuria uenti
Irrita per terras, & freta summa ferunt.
Gratia magna Ioui uetuit pater ipse ualere
Iurasset cupide quicquid ineptus amor.
Perq; suas impune sæuit Dictynna sagittas:
Affirmes crines perq; Minerua suos.

Idem lib. iij.

—Periuria ridet amantum
Iuppiter & uentos irrita ferre iubet.

Claudianus in nuptijs Honorij.

Et lasciua uolant leuibus periuria uentis

Et de faict ainsy quil faignoit de soy frapper, & mettre la dague dedans le corps, ceste pouure dame toute seule esmue & troublee, & non pas sans cause & pour obuier a leffusion du sang. Et aussi quon eust peu dire que sceust elle mesme este.

Si se interemisset ab ea præsumeretur interfectus, cum lex præsumat. l. si hi qui. C.

qui. C.ad leg.iul.de ad.Bart.in l.ij.ff.de furt. Præsertim circa hæc quæ secrete fiunt.Idem in l.iij.§.sed si.ff.de re mil. ubi etiã ante fores illius reperiretur exanimis,indicium foret,ab illa trucidatum.Bart.in l.fi.ff.de ui pub.Quòd si in domo propria indicium euidens esset,propter quod torquenda foret.Paul.in l.fi.C.de prob.Pan.in c.tertio.eo.tit.l.fi.in qua Bar.ff.de quæst.Verum quòd non debeat torqueri contra est. Non enim indicium indubitatum, cum non præsumatur mulier tantum facinus aggredi.Pertimescunt etenim enses fœminæ,Nec ferre eas arma decens est. Pamphilus Saxus:

Non decet armatam gladio spectare puellam,
  Non decet imbelles hasta cruenta manus.
Non probo peltatas inter quæ tela cateruas:
  Hectore sub forti sanguinolenta tulit.

Natura(Appiano lib.iiij.de bellis ciuilibus autore)omnes homines ab his curis uacuos esse uoluit. Diminuũt itaq; indicia bene actæ antea uitæ probatio.l.iij.§.Iulianus.ff.de lib.exh.d.§.sed si.ubi Bart.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re mil.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæst. Quintilianus lib.vij.c.de coniectura. Dignitas & tuetur reum,nonnunquam ipsa in argumentum facti conuertitur, tanquam fuerit spes impunitatis, & non longe post. Probi uerò mores & ante actæ uitæ integritas nunquam non plurimum profuerunt. Neq; quis torquendus ob indicium est:nisi uilis persona sit.Accur.in l.cum probatio.ff.de pro.Pro quo dicto uide Bart.in l.ij.col.ij.ff.de exc.tut.Et quamuis Bart.præsumat occisum, ab eo,ante cuius domum cadauer iacet. Illud sanè intelligendum erit,ubi is consueuerit id facere.l.Romanus.in l.j.§.hoc rescriptum.ff.ad Sill. Nec est insuper suspicionibus quis iudicandus.Bart.in d.l.fi.Et ubi indicium foret:hoc per duos testes probandum esset.Accur.Bar.Paul.in l.fi.C.famil.her. Nam & constitutione principali diui Ludouici cautum est: Ne quis pauper etiam,dum tamen probis moribus sit,ob testem unum torqueatur.Vnius uerò testis dictum quando faciat indicium,Bart.in l.maritus.ff.de quæst.

Et que elle leust tue,que eust este grand esclandre pour elle & les siens a tousiours,fust contraincte de luy souffrir accomplir sa mauluaise uolẽte. Despuis laquelle fiction ainsy faicte qui nestoit que une uraye trahison pour decepuoir ceste poure femme,cõme il a bien mõstre,& cest ledict amoureux uante & a dict en plusieurs lieux quil en auoit iouy par subtilz moyens, non obstãt que aultres y auoyent bien failly;en deshonnorant sans cause en maintes manieres.

Conuitium punitur.

ADVERSVS *bonos mores eius mulieris conuitiũ factum est, ob quod tene tur iniuria, cum nec in cœtu, nec in uociferatione factum sit. l. j. §. item apud. §. ex his. §. ait prætor. ff. de iniur. §. j. inst. eo.* Conuitia enim puniũtur. *l. aut facta. ff. de pœn.* Et licet lata sit iniuria in absentem, poterit tamen iniuriarum agere. *Pan. in c. j. de mal.* Diffamari enim statum ingenuorum seu errore, seu malignitate quorundam periniquum est. *l. diffamari. C. de ing. ma.* Legata etiam turpia quæ magis notandi legatarij gratia scribuntur, non ualent. *l. turpia. ff. de lega. j.* Et quod ad hæredis nomen contumeliæ causa solet addi, non ualet institutio. *l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hær. inst.* Cicero pro M. Cælio, ubi accusationem a maledictione separat: Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam: quæ si petulantius iactatur, conuitium: si facetius, urbanitas nominatur.

Parquoy elle concluoit alencontre de luy que il fust condemne a luy faire amende honorable, & proffitable. Honorable cest assauoir nue teste en chemise, tenant une torche ardãt en sa main, du poix de quattre liures de cire. Disant que faulcemẽt & mauluaisemẽt il la decepue, trahie, & circumuenue. Si sen repent & luy en requier mercy & pardon. Et pour amẽde proffitable, q̃ il fust cõdẽne enuers elle en la somme de quattre mille liures parisis: ou aultre telle somme q̃ de raison deburoit. Et en ses despens, dõmaiges, & interest. Et aussi requeroit qui luy fust deffendu de parler a elle, en aulcune maniere. Et au regard du procureur Damours il cõcluoit, & requeroit alẽcontre dudict amant, que pour la raison dudict cas ou il y auoit faulcete & trahison, il fust pugny de telle pugnitiõ corporelle & publique, que le cas le requeroit. Et se il ne lestoit, aumoins quil fust perpetuellement a tousiours banny Damours.

Deportatio. Interdictio ignis & aquæ. Deportare qui possunt.

HAEC *pœna deportationi æquiparatur.* Accur. *in §. deportati. institu. quib. mod. ius pat.* (Hic non de bannitis factiosis Italiæ hominibus intelligo, qui plurimorum sententia deportatis non æquiparantur. Verum de his qui ob maleficium banniuntur.) Et deportatio ignis & aquæ, interdictionis loco est. *l. j. §. hi. ff. de leg. iij. l. iij. ff. ad leg. Iul. pecul. l. ij. §. j. ff. de pœ. §. deportatio. in auten. de nup. col. iiij.* Imperator tamen *in l. j. C. de rep. & §. minor. instit. de capt.* simul separate posuit. Et id possunt Imperator & Præfectus urbis. *d. §. hi. l. inter. ff. de int. & releg.* & Præfectus Prætorio, uel is qui uice eius principis mandato cognoscit. *d. §. hi. d. l. ij. §. j.* Text. *in l. j. §. relegati. ff. de off. præfec. urb.* dicit Imperatorem

peratorem Præfecto urbis insulam debere assignare. Præses id non potest. d.l.ij. §.j. Potest tamen quem putat deportandum annotare: nomenq; eius principi scribere, ut in insulam deportet. l.si quis. §.eius. ff. de ini.rup.l.j. ff. quando app. sit. Bartol. tamen in l.relegatorum. ff. de int. dicit id posse si insulam habeat. Quæ sententia mihi perquàm dura est, cum nullibi probetur, & tot iurium capitibus auersetur.

En le declairant inhabile destre en la compaignie des gens de bien, & des dames & damoiselles, comme traistre & de mauuais affaire: que tous ses biens feussent declairez confisquez, & appartenir a Amours. Et oultre ql fust traine sus une claye, & battu par les carrefours de syons de uerd osier, & de brãche de groseliers, affin que desormais tous aultres y prinssent exẽple. Auecques aultres conclusions plus aplain declairees au proces. De la partie de ce amoureux deffendeur fust deffendu au contraire. Et disoit que uoyrement il estoit uray quil auoyt este bien fort feru de lamour dicelle demanderesse: & quil lauoit seruie moult longuement, & faict, enuers elle tous les debuoirs quil est possible de faire a loyal seruiteur. Mais elle luy auoit use de bien rudes & estranges termes. Car combien quelle luy eust promis de chierement laymer, & entretenir en sa bonne grace. Toutesfoys bien souuent faisoit semblant de non le cognoistre: puis une foys elle luy soubrioit, & laultre foys luy rechignoit.

Quantus uerò dolor sit amatori, ubi amica illi irascitur, Plautus in Truculento docuit:

Si iratum scortum fortè est amatori suo,
Bis perijt amator, ab re, atque animo simul.

On nen tenoit compte. Et brief le poure gallan le plus du temps ne scauoit ou il estoit.

Amãs nescit quid agat.

QVI enim amant, seipsos nesciunt: & quid agant ignorant, amentibus non dissimiles, quod expressit Marullus:

Iactor, dispereo, crucior, trahor huc miser, atque huc
Ipse ego iam quis sim nescio, aut ubi sim.
Tot simul insidijs premor undique, proh dolor, in me
Sæuitiæ Cypris dat documenta suæ.

Sæuitiæ documenta suæ dat, ego tamen unam
Depereo, utq; nocet, sic libet usq; sequi.
Qua si quis miserum solam me liberet horam
Hic mihi sit Phœbo doctior & melior.

Et en eust bien uolu faillir, mais il ne pouoit. Car quand il sen uouloit oster, cestoit lors que il conuenoit plus fort a aymer que iamais.

Ab amore resilire difficile.

AB amore resilire, q̄ sit difficile ex sequentibus patebit. Medea ouidiana.
Quæq; feros repuli doctis medicaminibus ignes,
Non ualeo flammas effugere ipsa meas.
Ipsi me cantus, hærbæq;, artesq; relinquunt:
Nil dea, nil Hecates sacra potentis agunt.

Paris Helenæ:
Et plusquam uellem iam meus extat amor.

Hercules Stroza.
Heu mihi nulla queunt sopire negotia flammas:
Quas tener accenso pectore nutrit amor.
Atq; utinam tacitus non gliscerent ossibus ignis:
Staret & in meta cura sepulta sua.
Nam uelut opposito magis æstuat obijce pontis
Sic magis obducto uulnere sæuit amor.

Amor nanq; in tempore uires capit. Et pedetentim ut hædera murum totum corpus amplexatur: ac sicut caprificus ubi diutius creuerit solidum marmor amplectitur: ita consuetudo & mores omnem duritiam, & obstinationē amori cōtrariam fugant auertuntq;. Non aliter quàm mollis & tenera planta, quæ ab initio antea quàm radices longiuscule egerit, facile euelli potest: Postea uero impetu uiq; uentorum resistit. Quamobrem primis amoris motibus atq; cogitationibus obuiandū erit, ne ubi lōgius præcordijs insederit, uanisq; somnijs enutritus sit, totum corpus depascatur: tunc uero ultra uoluntarius non erit. Apuleius. lib. viij. *transmutationum. Quid ni cum flamma sæui amoris parua quidē primo uapore delectet, sed fomento consuetudinis exæstuans immodici ardoris totos comburat homines.* Seneca in Hypolito.

Quisquis in primo obstitit
Repulitq; amorem, tutus, ac uictor fuit.
Quin blandiendo dulce nutrit malum:
Sero recusat ferre, quod subijt iugum.

Titus Stroza ad Ianum.
Forsitan huic poteras olim succurrere morbo:
Cum primo illatum nec graue uulnus erat.
Nunc sero medicina datur, nec inania post hac:

Proderit

Proderit amisso claudere septa grege. *Pacificus lib.j.Hecatelegiorum:*

Sæpe malum primò quod non letale uidetur
Postmodo neglectum fata suprema dedit.
Sæpe fit è minima scintilla maximus ignis,
E' minima pontus sæpe creatur aqua.
Principio obstandum est, ne uis mala tempore crescat:
Sæpe aliquid poteras, quod mora posse negat.
Principio medicina iuuat, nil sera iuuabit:
Stultum est in medijs te reparare malis.

P. Faustus in Liuia unum caput ad hanc rem habet, ex quo hæc:

Vana igitur superest pellendi cura furoris:
Cum bene radices egerit ille suas.

Ferunt in Achaia ciuitatē esse nomine Argyram, & fontem propè Selemnum flumen, in quem adolescēs à Venere quod Argyræ nymphæ amore tabesceret, commutatus est. Ex cuius aqua si quis tam mas quàm fœmina ablutus fuerit amore liberatur. Quæ si uera sunt, ut ait Pausanias: τιμιώτερον χρημάτων πολλῶν ἐστὶν ἀνθρώποις τὸ ὕδωρ τοῦ σελέμνου, Id est: Multis pecunijs prætiosior est hominibus aqua Selemni. Samijs ut idem in vij. scribit, monumentum est Leontychæ & Rhadines quibus supplicant, qui amore cruciantur, illud adeuntes. Strabo lib. x. Geographiæ, dicit in Leucade Apollinis phanum esse, ibiq; fieri saltum qui ad sedandos amores credatur. Lucianus de Saltationibus autor est, saltationem ipsam aduersus amores plurimum prodesse, ut de quodā ingresso theatrum meminit. Refert Capitolinus in M. Antonio philosopho Faustinam huius uxorem, amore gladiatoris succēsam: & ob id longa ægritudine laborasse causamq; uiro aperuisse, qui cum ad Chaldæos retulisset, horum fuit consilium, ut interfecto gladiatore, illius sanguine amans lauaretur, & cum uiro concumberet. Hæc eadem Suidas memoriæ dedit, & recentius Crinitus lib. ij. c. j. de Honesta disciplina. Plinius lib. xxviij. Tædium amoris hirci urina ammixto propter fastigium nardo fieri dicit. Et lib. xxx. Mitigare amoris ardores puluerem, in quo se mula uolutauerit corpori inspersum. Et lib. xxxij. Amorem finire rubetam adalligatam in pecoris recentis corio scribit Dioscorides lib. ij. c. clxxxvij. Hastulæ regiæ radicem potam Veneris cupiditatem inhibere. Et lib. iij. c. cxlix. Semen nymphea genitale infirmare. Quæ uerò hærbæ coitum uel augeant, uel diminuant, Theophrastus lib. ix. c. xix. & sequenti, de Historia plantarū docet.

Ne dormoit point ne nuict ne iour. *Amasij non dormunt.*

Apollonius autore Philostrato lib. j. dicebat sæpius amantibus euenire ut à somno excitarentur. Plautus in Mercatore:

Sum'ne ego miser, qui nusquam bene queo quiescere?
Si domi sum, foris est animus: sin foris sum, animus domi est.
Terentius eiusdem farinæ autor:
Mox noctu te adiget horsum insomnia. Vergilius in iiij. Aeneid.
—Nec placidam membris dat cura quietem. Et post id magis exprimens:
Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras, syluæq;, & sæua quierant
Aequora, cum medio uoluuntur sydera lapsu:
Cum tacet omnis ager, pecudes pictæq; uolucres,
Quæq; lacus late liquidos, quæq; aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non infelix animi Phœnissa, nec unquam
Soluitur in somnos, oculis'ue, aut pectore noctem Accipit.
Phædra apud Senecam: Non me quies nocturna, non altus sopor
Soluere curis. Valerius Flaccus lib. vij. Argonauticon:
Nulla quies animo, nullus sopor arida mens est.
Quære malis nostris requiem, mentemq; repone:
Redde diem noctemq; mihi, da prendere uestes
Somniferas, ipsaq; oculos componere uirga.
Medea Venerem Circes faciem mutuatam ubi iam arderet Iasonem alloquitur. Eadem apud Ouidium in Hæroidibus loquitur:
Non mihi grata quies, noctes uigilantur amaræ:
Nec tener in misero pectore somnus adest.
Quæ me non poßum potui sopire draconem, &c. Baptista Pius ad Chlorim:
Cum subit auricomus nocturna cubilia Titan,
Nigraq; purpureo rore madescit humus.
Aßistunt noti uultus, animumq; uagantem
Alliciunt, refert nec mea membra sopor.

Aincoys tousiours pensoit a elle.

Amicus de amica semper cogitat.

FREQVENTIVS enim de amica cogitat amans. Columella lib. xij. c. j. monet agricultorem ne amet: quin etiam si à Veneris amoribus auersus, quibus si se semel dederit, non aliud quicquam potest cogitare, quàm illud quod diligit. Nã uitiis eiusmodi pellectus animus, nec præmiũ iucundius, q̃ fructũ libidinis, nec suppliciũ grauius, quàm frustrationẽ cupiditatis existimat. Lucretius in iiij.
Nam si abest, quod ames, præsto simulachra tamen sunt
Illius, & nomen dulce obseruantur ad aures.

Et en ce faisant bien souuẽt frissonnoit,& luy sembloit quil auoit plus de cẽt esguilles au tourt du col,qui le picquoyent. Sil eust uoulu manger il neust sceu.Car ny auoit si bonne ne si doulce uiande,que amere ne luy semblast.

QVOD *omnis cibus amantibus amarus sit, uoluit Cornelius Gallus:*
Quæ modo profuerat,contraria redditur esca:
Fastidita iacet,quæ modo dulcis erat.

Amãti cibus amarus.

Or disoit il,que pour obuier a ceste maladie,& aux acces de telles fieures blanches , plusieurs foys supplia & requist ceste dame:si quelle eust de luy pitie,& le uoulsist secourir. Dõt elle nauoit uoulu riens faire:ains se pourueoit de iour en aultre,de dimenche au ieudy. Tellement que au dernier quant il ueit que il nen pouuoit plus,il uoulut trouuer maniere de luy dire au uray langoisse , & la doleur quil souffroit pour elle. Et fut uray uoiremẽt,que pource quelle ny uouloit pas pourueoir, il print alors sa dague pour se frapper. Et disoit ueritablemẽt, que ueu le tresgrand mal que il auoit,il se fust tue , & ainsi la- uoit il delibere de le faire:selle ne luy eust aide & secouru de sa bonne grace:dont il se sentoit bien tenu a elle. Et quant est de ce que on luy mettoit sus quil auoit publie le cas pour la diffa- mer:il respondit,quil ne lauoit iamais dict,ne declaire,sinon a aulcungs de ses particuliers & secretz amys, que il tenoit biẽ seurs iusques la , que iamays rien ne reueleroyent. Et que on auoit cela songe,pour charger son honneur a tort & sans cau se.Et au regard du cas prĩcipal disoit quil ny auoit ueu de son coste aulcung exces,crime, ne malefice. Mais luy auoyt ayde & secouru la dicte demãderesse de son bon gre & cõsentemẽt. Et quil ualoit mieulx auoir le personnaige par amour,que ue- nir par force,ou faire esclandre. Et par ainsi disoit quil ne luy en pouoit rien demander , ains estoit en uoye dabsouldre ces faictz:concluoit,& demandoit despens contre ladicte deman deresse. Les dictes parties ouyes en tout ce quelles uoulurent dire & alleguer . Ledict Preuost de dueil ueues

toutes les informations en ceste matiere,& la confession dudit amant deffendeur par laquelle les demandeurs prindrent & requirent droit estre faict,condemna par sa sentēce ledit amoureux deffendeur a faire amende honorable a sa dicte dame:& luy crier mercy treshumblement a genoux sans ceinture ne chaperon a tout une torche ardante en sa main. En disant ces motz.Ma dame ie cognois & cōfesse icy deuant diu & deuāt le monde que comme mal conseille & mal aduise ie uous ay trahie faulcement & mauluaysemēt,dont ie uous crie mercy, & a la iustice damours. Et auecq̃s ce le declaire priue de tous biens & plaisirs Damours.Et ses biens confisquez,en le banisant perpetuellement du royaulme Damours , & de toutes bonnes compagnies:cōme indigne dy estre & habiter.Et semblablement le condemne enuers la dicte demanderesse,pour amende proufitable en la somme de mille liures parisis,& a tenir prison iusques a plaine satisfaction:& en ses despēs,doumaiges,& interestz.De la quelle sentence ainsi donnee par le dict preuost de dueil,icelluy deffendeur cest sentu aggraue & en a appelle en la court de ceans:& semblablemēt en a appelle la dicte demanderesse.

Appellare licet utriq; parti.

VTRIQVE *parti appellare licet , si ambæ grauentur.c.si duobus. de app.cc.*Raynaldus.Raynutius*.de test.in quibus* Pan.*idem in c.significauerunt. de excep.aliquando tamen interdicitur parti,quæ obtinuit ne appellet:ubi uictus non fuerit in expensis condemnatus , uel in his minus quàm debuerit, aut si non in detrimentis.l.fi.ubi* Paul.C.*quando prouoc.non.*Panor.*in dd.cc.* Raynutius. *significauerunt.l.terminato.*C.*de fruct.& lit.ezp.*

Et ledit procureur Damours pource que ilz disoyēt,que il ne leur auoit pas asses adiuge,& que ledit deffendeur en auoit trop bon marche.Et despuis ont lesdictes parties conclud audict proces par escript.Et a este ueu & receu ceans pour iuger (an bene uel male:) Si a la court finablement ueu le proces,& tout ce quil a este produict en iceluy.Et a grand meure deliberation,& tout ueu & cōsidere ce que faict a cōsiderer.Adōcq̃s ladicte court Damours dit,que entāt que le dict amoureux est

appellant

appellant il a este bien iuge par ledict preuost de dueil, & mal appelle par luy, & le amendera. Et entant que touche lesdictz demandeurs quil ont bien appelle, & le dict preuost mal iuge. Et en amendant le iugemēt la court oultre les condemnatiōs dessusdictes condemne le dict amoureux appellant a aller en uoyage nudz piedz a monseigneur sainct Valentin. Et y porter ung ueu de cire du poix de quarante liures. Et a raporter certification comme il y aura este dedens ung moys.

ficio. Donatus in Eunucho: Gratiam inire est dare beneficiũ, ac per hoc alicuius inire gratiam, id est, amicitiam. Verũ quo ad materiã nostrã pro cõceßione alicuius beneficij, siue iuris ad obtinendum beneficium accipitur. c. gratia. de rescrip. lib. vj. cle. gratiæ. eo. Dicitur enim S. pontifex gratiam facere concedendo beneficium, quod secus in ordinario, quo ad ipsum. c. relatum. de præb. Quæ dicitur expectatiua ut in titu. de coll. in P. Sanct. Et facilius tolluntur litere in forma pauperum uel iusticiæ, quàm gratiæ. c. si pauper. de præb. in vj. ubi Anch. Zab. in d. cle. gratiæ. & an impetrans in forma pauperum præferatur secundo impetranti in forma gratiæ? Zab. post glossam in cle. gratiæ. Honorabiliores insuper sunt cæteris literis, quod sericeo filo sigillẽtur, cæteræ uero canabe. Zab. in d. cle. gratiæ. & in cle. unic. de conceß. præb. Sed in nostra specie sigillãtur uiridi & crocco, qui colores lætitiam & fruitionẽ denotant, sunt enim læti amantes ob fruitionem rei desideratæ. Quid gratia? & quot? Zab. post commentatorem in cle. j. de mag. Pan. in d. c. unic. Si aũt in literis dicatur qd' prouideatur idoneo dicitur gratia, quæ fauorabilior est mãdato, cũ re integra cõcedentis morte nõ extinguatur. c. si super. de offi. dele. in vj. Anc. in c. is cui. de præb. in vj. si persona nõ fuit expressa per tex. illũ etiã si causa ꝓpter quã emanauit expiret, Anc. in c. si gratiosæ. de rescri. in vj. Si uero ad beneplacitũ. S. pontificis cõcedatur, eo mortuo extinguitur, quod aliàs est sin ad sedis apostolicæ uoluntatem. d. c. si gratiosæ. Et quando expiret gratia per adeptionem alterius beneficij. Zab. in d. cle. gratiæ. Fingũt mythologici charites treis. De q̃bus plura infra, quæ Latine gratiæ dicuntur, quas Seruius ex Venere & Libero ortas. lib. j. Aenei. dicit, easdemq; mortalibus largiri decorem. Et Veneris pedisequas esse, quasi Venus & pulchritudo gratiam porrigant, iuxta illud in v. uergilianum: Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus. Acontius Cydippæ Ouidianæ:

Gratia quãdo extinguatur.

Charites.

Tu facis hoc, oculiq; tui, quibus ignea redunt.
Sydera, qui flammæ causa fuere meæ.
Hoc faciunt flaui crines, & eburnea ceruix:
Quæq; precor ueniant in mea colla manus.
Et decor & uultus, sine rusticitate pudentes:
Et Thetidis quales uix reor esse pedes.

Et si auoit dispense, den auoir deux nõ obstãt lincõpatibilite.

Beneficia incompatibilia

VBI prius quæ sint beneficia incompatabilia nouerimus, dehinc de dispensatione agendum. De primo Io. And. & Zab. in cle. gratiæ. de rescr. c. de multa de præb. c. ordinarij. de offi. ord. in vj. Et id nõ solum in una ecclesia: uerum in diuersis, c. ad hæc. de præb. extrauag. execrabilis. Io. xxij. de præb. De archiepiscopatu & episcopatu, in c. secundo. xxj. q. j. decisum est. De abbatijs duabus. c.

unum

unum.ead.c.& q.De binis archidiaconatibus in uarijs ecclesijs.c.praeterea. de praeb.Plures item personatus.c.dudum.ij.de elect.d.c.de multa.& d.extrauag. execrabilis.Plura etiam officia.c.singula.lxxxix.d.extrauag.execrabilis.Absurdum itaq; est ut promiscuis artibus rerum perturbentur officia.l.consulta.C.de test.Praebendae insuper duae.c.quia in tantum.de praeb.praesertim in una ecclesia etiam si S.pontificis ad dignitatem & praebendam gratia emanarit, ut si prius assecutus praebendam fuerit, dignitatem dehinc,cui annexa sit praebenda,consequatur:uacet prima praebenda. cle.fina. de praeb. Cum nihilominus illud unum & idem beneficium debeat censeri. Imo poßit dignitatem cui cura annexa est tenere.Panor.in c.extirpandae.§.qui uero.de praeben. secus in curatis est, etiam sine dispensatione.c.super eo.de praeben.in vj.ubi Ancha.Panor.in c.literas.de conceß.praeb.Rationem uide per Io.Andr.& Zab.in d.cle.fin. De dignitatibus & praepositura,uel de praebendis & praepositura expressum est in c.cum iamdudum.de praeb.d.c.literas.de praebē.uero & canonicatibus.c.sanctorum.lxx. dist.De dignitatibus aut personatibus cum cura.d.c.ordinarij.Ecclesiae plures.c. quia in tantum.c.cum non ignores.de praeb.d.c. sanctorum.c.j.xxj. q.j.c.sicut. xxj.q.ij. Prioratus plures.c.cum singula. de praeb.in vj. Ecclesiae parochiales d.c.dudū.c.iij.de ele.nō rescin.d.c.de multa.d.c.ordinarij.d.extra.execrabilis. c.is cui.de praeb.in vj.c.cum singula.c.non potest.de praeb.in vj.c.si quis.xxj. q.ij.de archidiaconatu & beneficio habente animarū curam annexam.d.c.dudū. ubi Pan.col.iij.Poterit quis tamē plures ecclesias tenere,si una ab altera dependeat,uel unam in cōmendam,& alteram in titulū habeat d.c.dudum.ubi Pan.c. cam te.de aeta.& qual.c.si.xxj.q.j.Non potest tamē ecclesia parochialis cōmendari nisi in aetate legitima constituto, & in sacerdotio.c.nemo. de elect.in vj. Beneficia etiam simplicia si uel statuto, uel consuetudine residentiam requirant incompatibilia sunt.Io.Andr.& Zab.in d.clemen.gratiae.Panor.in c.iiij.de cle. non resid.idem in c.cum iamdudum. de praebend. etiam si ex testatoris institutione residentiam requirant.Zabar.in d.clemen.gratiae. Quae uero uitia incurrat,tenens plura beneficia, uide per Panor. in d.c.dudum. Et causas propter quas prohibeatur beneficiorum pluralitas, per eundem in dicto c.iij. in cc. quia in tantū.ad haec.de praeb.Ac ueluti iure pōtificio pluralitas horū prohibita est, sic & Caesareo officiorū pluralitas uetita.Memorabilibus enim duplici fungi officio non decet,l.hac parte.C.de prox.sacr.scri.Et nō licet unicuiq; nisi unū collegiū habere.l.j.ff.de coll.ill. Quonam pacto hoc intelligatur uide Bar.in l.si. eo.tit. Neq; honores in duabus ciuitatibus gerēdi sunt.l.libertus.§.praescripto. ff.ad muni.Nec qui aduocatus est alicuius magistratus,eiusdē cōsiliarius esse nō potest,sunt nec aduocatus & aßeßor,nec duobus magistratibus aßidere.l.fi.C.

Officia plura incompatibilia.

 de aß.

de ass.Sed nec in eadem causa,& iudex & aduocatus.l.prætor.ff.de iur.om.iudic.l.quisquis.C.de post.Cōsiliarij etiam nō possunt in auditorio tractare negotia cum assessores sunt.l.penul.ff.de off.asses.Nec cohartalis ad aliam militiam, uel dignitatem aspirare non potest.d.l.cohartalis.Nec curialis ad militiam armatam.d.l.iij. Tabularij itaq; & scribæ aliquā militiam,aut aliud officium habere non possunt.l.j.C.de tab.Duos magistratus simul quenquā non posse capere ex contentione G.Valerij Flaminis Dialis,& Q. Fuluij Flacci Aedilis currulis designati,Liuius lib.xxxix.ostendit.Qui enim utrunq; festinat,neutrum bene peragit.l.fi.C.de ass.Satis superq; satis incongruum,si cum unum ex his pro sui magnitudine diligēter quis non poßit explere,ad utrūq; uideatur idoneus. c.presbyteros.xvj.q.j.Consequens nunc est,ut de dispensatione ex promisso tractemus. Cuius potestas erga episcopos uaria ex uarijs scribentium opinionibus fuit, potest autem in pluribus dispensare.d.c.sanctorum.ubi Io.& in hoc inhæret,ut episcopi potestas in hoc minime imminuta sit,quin circa dignitates,officia, & curas dispensare poßit.Et in c.si quis translatus.xxj.q.ij.solum episcopis indiscretam prohibitam esse.Pan.in c.extirpandæ.§.qui uerò.de præb. quæ,ut inquit Ber.in d.c.de multa.causam dedit edicto, ne episcopi in dignitatibus & curatis beneficijs dispensent.Quid si indiscreta?cessante igitur causa prohibitionis cessabit & ipsa prohibitio.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patr.c.cum cessante.de app. Sed & propter utilitatem & neceßitatem circa ea episcopis non est adempta. Zenzelinus in d.extr.execrabilis.Pan.in d.c.de multa. cuius sententiæ Abbatem, Hostien.& Anto.dicit:quam multum sibi placere dicit. & idem in.§.qui uerò. Si enim à M.Pontifice dispensatus sine causa,immunis apud Maximum Iouem,qui omnia,qui discretam atq; indiscretam nouit,nō est. Quare episcopus utilitate & neceßitate suadente non dispensabit?quinetiam & eius dispensatio utilior,& discretior præsumenda,quàm ea quæ à S.Pontifice progressa sit,qui sæpe falsis rationibus decipitur.c.super literis.de rescr.utpote qui nec personam, nec beneficium nouerit.Non enim præsumitur scire naturam beneficij, nec etiam legatus sicut episcopus facit. Cardin.in cle.j.coll.iij.de elect. cum & sine causa non sit dispensatio,sed animarum discerptio atq; dißipatio & dilaniatio. Io.in c.rigor. j.q.vij.Pan.in c.cum in cunctis.de elect.& in c.iij.col.ij.de trans.ep. tex.etiam in d.c.de multa. S.Pontifici reseruat dispensationem in maioribus beneficijs ob prærogatiuam personarum,quæ episcopo est adempta.Zen.in d.extr.execrabilis.Pan.in d.§.qui uerò.d.c.sanctorum.Erit ergo in reliquis incorreptum.l.præcipimus.C.de app.Vt qui de uno neget,de alio permittat.l.cum ita.ff. de cond. & demonst.c.nonne.de præs. Sed nunc ad specialia descendamus.Io.And.in c.j. de cons.in vj.dicit inferiorem à S.P.ut quis habeat unum personatum, uel offi-
cium

cium cum canonicatu & præbenda dispensare posse. Et idem in c. literas. de con ces. præb. ait in eadem ecclesia ob difformitatem, in diuersis uerò in conformibus id posse. Panor. in d.c. qui uerò. si quodlibet per se nō sufficiat, & idem in c. cum iamdudum. de præb. Non tamen dispensat ut quis sit canonicus & præbendarius in diuersis ecclesijs. Dispensat episcopus in dignitate & cura, si cura, uel dignitas ab alia dependeat. Anch. in c. j. de conces. præb. in vj. Idem arbitratur in eo qui xx. annum peregerit, ut obtineat archidiaconatum cui curæ duæ annexæ sunt, si consuetudine excommunicandi interdicendi potestatem non habeat. Anch. in c. super eo. de præb. in vj. In simplicibus episcopū dispensare posse in dubium non reuocat, etiam in eadem ecclesia cum causa: ut per Io. in d.c. de multa. Pan. in d. c. literas. uel in simplici cū curato in diuersis ecclesijs. idem in d.c. literas. Anch. in d.c. j. de consue. Pan. in d. §. qui uerò. Quod si sunt in diuersis diœcesibus debēt utriq; episcopi interuenire. Pan. in d.c. de multa. Nam Io. in d.c. si quis trāslatus. dicebat S. Pontificem solum posse in beneficijs diuersarū diœcesum dispensare. Verum quòd episcopus urbis Romæ in dignitatibus, uel administrationibus, siue etiam beneficijs, uel eorum altero cum reliquo, uel præbenda dispenset. d.c. j. de consue. de duabus curis d.c. ordinarij. dd. cc. non potest. cum singula. De pluribus prioratibus expressum est in d.c. cum singula. Pan. in d. §. qui uerò. quam sententiam dicit seruare curiam Romanam post Host. Pan. in c. de multa. & hoc ut extrahat pecunias subtili modo à barbaris. Concedit etiā episcopus licentiam se absentandi à beneficio cum causa. Pan. in c. pen. de cle. non res. Hæc de dispensatione quo ad episcopos & archiepiscopos. De dispensatione S. Pontificis & eius potestate, superuacaneum est disputare. Ea enim ingens & nondum definita: nullis enim legibus, nullis sacris canonibus uincitur: illi uia lata est nescio quò ducat, propter quam etiam prædecessorum refringat sacras iussiones, & patrum concilia, in ea liberalitatem exercens plus ponderis auri recipiens, quàm plumbi porrigat. De qua sic lusit Cordus lib. iij. Epigrammatum:

Quod tua Romulidæ bullas diplomata dicit:
  Insipiens adeo non mihi uulgus erit.
Nam uidet ut uerè sint, & sine pondere bullæ:
  Nil graue quod plumbum, pictaq; cera premit.
Nos tamen hæc multo quasi magna rependimus auro:
  Tam stupidus quondam non puto Glaucus erat.
Vtpote mutatis aliquid qui ceperit armis,
  Hæc præter nugas nil glabra pellis habet.

Quod tamen ad nostram materiam attinet, non poterit quis, aut saltem difficile erit duabus inseruire amasijs. c. j. xxj. q. j. Difficile enim est ut unus duorum uicem substineat. l. si plures. ff. de

pact. Quando tamen id poßit, Accur. in l. si plures. C. eo. Io. in c. singula. lxxxix. dist. Nec duas militias quis habere, aut dignitatem cum militia. l. his quidem. C. qui mil. non poß. l. æternam. C. de murileg. Est etenim amor militia. Militat in teneris annis amor hospes amœnus. Accur. in §. j. Inst. de succ. sub. Ber. in c. cum in iuuentute. de præs. Ouidius in ij. de Arte: Et uires operam'que affectæ puellis. Hæc quoq; militia est. Eiusdem autoris tota est elegia ad Atticum, in j. Elegia. Non enim minori uigilantia & cura pertractatur, quàm militia, nec minus cum animæ periculo, quàm ipsa militia.

Amor militia est.

Et disoit auec ce quil auoit faict ses diligences par deuers la dame dont il estoit question pour estre pourueu de sa grace & dedans les nuictz & les iours qui y sont ordonnes.

Diligentia.

SOLET *ut sæpius in his gratiosis literis tempus adijci, infra quod à notitia uacationis in loco, uel ecclesia beneficij publica infra mensem acceptare debeat, ultra quem expirat gratia. cle. uni. de conces. præb. c. si clericus. c. tibi qui. de præb. in vj. Debet enim esse diligens ut cōditio extet, antequàm uacet beneficium: quia si non extaret ordinarius, aut alius executor conferre poterit, si non sit decretum irritans d. cle. An autem uerificata conditione teneat collatio? Pan. in c. fin. de præs. col. fi. Hæc est ea diligentia quam quis debet præstare. Imputet quidem sibi, si hoc casu quo de temporis cōmodo agitur, id per se aut per alium scire potuerit ignorauerit. d. cle. uni. Lapsus enim termini habetur pro recusante. l. quamdiu. ff. de acquir. hær. Anch. in c. si tibi. de præb. in vj. Executoris uerò potestas iuncta acceptationi post illud tempus non durabit. arg. c. de causis. de offi. deleg. Mandatum etenim est ad unguem seruandum. l. diligenter. ff. mand. c. cui de non. de præb. in vj. Iura insuper uigilantibus scripta sunt. l. summa. ff. de pecul. l. in compensatione. ff. de compen. l. debitor. ff. de sepul. ll. idem. sciendū. ait prætor. §. si debitorem, pupillus. ff. quæ in frau. cre. Estq; præterea aliqua inter desides & uigilantes differentia. l. ij. C. de ann. excep. Nec alterius aut negligentia, aut cupiditas huic qui diligens est debet nocere. l. si non. §. j. ff. de bo. aut. iudic. poß. Priuat enim quem negligentia notabilis iure prioritatis, ut secundus primo potior sit. Ber. in cc. fi. si soli. de conces. præb. Anch. in d. c. tibi qui. Imò etiam secundus cum clausula anteferri ob negligentiam repellitur. Anch. in c. penul. de præb. Qui etiam ex consuetudine poßunt præbendas uacantes intra tempus certum acceptare, post illud id non poßunt. c. fi. de conces. præb. in vj. Et impetrāti currit mensis non habitis literis si sciuit: secus sin ignorauerit uacare. Zab. in d. cle. in fi. Rescripto itidem ad lites post annum quis non utitur. cc. si autem. plerunq;. de rescr. Et hæc negligentia ex nimia stultitia uenit. c. si homo. xxvij. q. j. Et arbitrabitur uir bonus quando præsumptum fuerit ipsum sciuisse beneficium uacare.*

Mandatū ad unguem obseruandum.

Vigilantibus iura scripta sunt.

uacare. De tempore autem acceptationis decisum est per cle. illam uni. ubi Zab. Anch. in c. si clericus. de præb. in vj. Pan. in c. capitulum. de rescr. Sed an tempore lapso re integra poßit impetrans acceptare beneficium uacans. Io. Andr. & Zab. in d. cle. dicũt id posse. Quod autem ob gratiam eius datum sit, in damnum eius redũdare non debeat. c. quod ob. de reg. iur. in vj. arg. d. c. si tibi. Sin tamen clausula reseruationis & executoris potestas iungãtur uacaturo beneficio, quod impetrans acceptabit infra mensem non poterit postmodum acceptare uti ibi per Io. And. & Zab. in c. si clericus. de præb. in vj. Sicuti si arbiter solui iusserit infra certum tempus, committitur pœna etiam si paratus sit soluere. l. si cum dies. §. fi. l. celsus. ff. de recep. arb. Et pœna apposita ut quid intra tẽpus certum fiat, si non sit factum committitur etiam non monito. l. magnam. C. de contr. & com. stip. l. ij. de iur. emph. c. potuit. ubi Pan. de loc. Seruus itaq; libertate donatus si in tempus rationes reddiderit, sin intra tempus eas non dispunxerit, liber non erit. l. Thais. §. intra. ff. de fid. lib. Hoc modo quibus ex edicto bonorũ poßeßio competit, si quis eorum in diebus statis non admiserit: tum cæteris cõpetit, acsi prior ex eo numero nõ fuerit. l. j. §. quibus. ff. de succeß. edict. Si tamen Sum. Pon. contulit canonicatũ, durat executoris potestas post mẽsem: ut per Anc. & Io. And. in d. c. si nullus. ibi expectet cum decreto quod alteri &c. & Zab. arg. c. si postquam. c. si soli. de conceß. præb. in vj. Pan. in d. c. capitulum. & in c. dilectus. ij. in c. inter cætera. de præb. Et quid si canonici alicui cõtulerint canonicatum, an ualeat illorum collatio præbendæ postea uacantis, alteri? Sed si negligens sit in petendo præbendam, an habeat locum in canonicatu? Anch. in d. c. si clericus. dicit quod sic, si mandatum habeat decretum, & secũdus illum petat. Sinuero decretum non sit, tunc non præiudicat, quia non est negligens. Si autem de canonicatu & præbenda mandetur, quia non potest habere præbendam sine canonicatu: negligens in canonicatu, negligens est & in præbẽda, & in utroq; sibi præiudicat. j. q. j. sicut quidem. Si enim in canonicatu diligens, in præbenda uerò piger, obtinebit. d. c. si clericus. Et adeptus canonicatum & præbendam & expectet dignitatem cui annexa est præbenda, si infra tempus non acceptat præbendam, habet locum. d. c. si clericus. Et an poterit dignitatem sine præbenda uacantem acceptare? Zab. in d. cle. id posse ait per cle. fi. de præb. Sed quid si ante negligẽtiam primi collatio est facta secundo, & sic non ualet, & subsecuta eius negligentia an conualescat collatio? & quid si adeptus canonicatum, expectet præbendã primam, quam non potest petere propter negligentiam? an si iterum uacet, poßit illi conferri? Anch. in d. c. si clericus. & illa clemen. uni. habet locum in gratia quæ motu proprio emanauit. Zab. in d. clemen. in fine.

Disoit oultre q̃ ap̃s ce q̃l trouua la dicte dame uacquãt damy.

CONSVEVIT *apponi in his gratiæ literis, si quod uacat, uel uacabit.* Io. *Andr. in cle. uni. de conces. præb.* Quòd *si tantum apponeretur quod uacabit credo sufficere ut extendatur ad beneficium iam uacantem. arg. uerbi erit, & oportebit, quod & præsens & futurum tempus signat, sicut est, & oportet. l. uerbum erit. l. uerbum oportebit. ff. de uerb. sig. & etiam præteritum d. l. uerbum erit. uer. quemadmodum. arg. c. quia circa. de priui.* Beneficium *uero principis, quod à diuina scilicet eius indulgentia proficiscitur, quàm plenissime interpretandum est. l. fi. ff. de const. prin. c. cū dilecti. de don. & ibi* Pan. *col. ij. c. olim. de uerb. sig. in quo idem* Pan. *coll. ij. c. quamuis. ubi* Anch. *in princ. de pact. in* vj. *quod in odiosis non est. d. c. quamuis.* Iac. *in c. ordinarij. de offi. or. in* vj.

Erit. Oportebit. Beneficium principis large interpretandum. Acceptare.

Et quelle luy eust faict une gracieuse chere & tres gracieusement acuylly, il accepta lamour delle.

ACCEPTARE *autem absq; executoris præsentia quis ualet.* Io. And. *in cle. unic. de conceß. præb. in uerb. executorem. in qua* Zab. *idem bis in c. j. eo. in* vj. *in uerb. acceptaret. in quo* Anc. Quin *& acceptatio in absentia executoris ordinarij manus ligat, & alterius executoris: quando decretum appositum est, & terminus & purificata conditio.* Et *acceptatio in absentia executoris debet per ipsum intimari* Anch. *in d. c. j. in fine.* Zab. *in d. cle. dicit acceptationem ante purificationem conditionis ualere, non etiam collationem.* An *autem. c. ne captandæ. sibi locum usurpet in forma literarum gratiæ? cle. unic. de conces. præb. per* Io. And. *in d. cle. in uerbo notitiam. & ibi* Zab.

Executor.

Et fit pouruoir par lexecuteur de sa dicte grace expectatiue.

IN *gratijs ad beneficia executores ut plurimum dantur.* Iura *sunt infinita quorum uarij sunt: alij enim prouisores, alteri compulsores, tertij mixti.* Prouisorum *rursus uariæ formulæ sunt, uti ex literis dignoscitur.* Ancha. *in c. tibi qui. de præb. in* vj. *& in c. si soli. de conces. præb. eo. li.* Et *debēt esse certi. c. tibi. cū etiam sint delegati.* Io. And. *in d. c. tibi qui. & in c. si super. de offi. deleg. eod. li.* Pan. *in c. si quis contra. col. ij. de foro comp.* Qui *delegati certi esse debent. c. ad hæc. de rescript.* Imo *& delegatus large dicitur executor. l. apertißimi. l. fi. C. de iud. c. sciscitatus. in quo* Pan. *de resc. d. c. si quis contra. ubi* Ber. *&* Panor. *igitur ordinario maior. c. sane. ij. de offi. deleg.* Et *executores isti insinuare ordinario & interdicere ne alteri conferant, cum interpositione decreti debent.* Nam *per hæc afficiuntur beneficia. c. j. c. si soli. de cōceß. præb. in* vj. Ber. *in c. abbatem. ubi* Pan. *de rescrip.* Et *acceptare primam uacātem cum aliàs manus ordinarij ligatæ non sint.* Anch. *in d d. cc. j. tibi qui.* Non *potest tamē executor generatim (ni expresse concedatur) inhibere.* Reseruationem *tamen & inhibitionē de primo, aut altero siue tertio (si ex diplomate indulgeatur) beneficio inibi uacaturo facere poterit.*

poterit. Et quod contra attentatum erit, inanũ erit. c. executor. de conceß. præb. in vj. Quando autem beneficium per gratiam afficiatur uide Io. And. & Anc. in d. c. si soli. De prouisorio uero executore Ancha. in c. si capitulo. de conceß. præb. in vj. Et an delegatus ad prouidendum, poßit sibiipsi prouisiones reseruare? Pan. in c. pro illorum. de præb. Anch. in d. c. si soli. Et utrum per clausulã moneas attentius & inducas, poßit executor compellere ordinarium? Anch. in c. si pauper. de præb. in vj. ubi dicit id posse. Et an is poßit præfigere terminum capitulo, ultra quem poßit prouidere? uide eundem in d. c. si capitulo. Vtrum etiam executores ad beneficia poßint aßumere partes iudicis? Io. Andr. in cle. j. de off. deleg. ubi Zab. & hic in cle. j. col. iij. de rescr. in cle. una. coll. iij. de cõceß. præb. Pan. in c. fi. de præsump. col. iiij. De executoribus enim ad compellendum in d. c. si soli. qui interdicere poßunt. Io. Andr. in d. c. si soli. in uerbo interdixerit. ubi Anch. quamuis Ber. in c. fin. de præb. ubi Pan. contrarium tenuerit. Executor ad prouidendum si per inquisitionem eos esse uitæ laudabilis, & honestæ conuersationis subdelegare potest. cle. j. de off. deleg. ubi Zab. Quod distingue per c. is cui. eo. tit. lib. vj. etiam si apponantur uerba (super quo tuam conscientiam oneramus) Zab. in cle. una. de conceß. præb. Executoris potestas re integra mortuo S. Pontifice non extinguitur. c. si super. de off. deleg. in vj. Anch. in c. si gratiosæ. coll. iiij. in fine. de rescr. Bart. Paul. in l. fundi. ff. de acquir. poß.

Et ny eust reffus ne contredict de Dangier, ne de Malebouche, & deslors en fut mis en possession & saisine. Et a ce tiltre auoit droit, & estoit en bonne possession & saisine de se porter & dire seruiteur & amy delle.

AMANTES enim sunt serui. Propertius in ij. de Amoris seruitute: *Amãtes serui*

Libertas quoniam nulli iam restat amanti:
Nullus liber erit, si quis amare uolet.

Seneca Tragicus:

Me uel sororem Hyppolite uel famulam uoca
Famulamq; potius omne seruitium feram. *Hyppolitum Phædra alloquitur.*

Baptista Mantuanus Eglo. j.

Quisquis amat, seruit: sequitur captiuus amantem:
Fert domita ceruice iugum, fert uerbera tergo
Dulcia, fert stimulos, trahit & bouis instar aratrum.

Et auoit la moytie des ioyes que amoureux cuident auoir, quant ilz rencontrent bonne dame. *Defrui. Poßidere dicitur cum effectu.*

DEFRVI antiqui dicebant, autore Pompeio pro deamare, significantes omnem fructum percipere. Poßidere etiam dicitur cum effectu. Non enim uacat

curatum beneficium altero adepto cuius pacificam possessionem non habuerit, nec per eum stetit quominus nactus sit.arg.c.licet.ubi Anch.de praeb.in vj. Nec utiq; per adeptionem secundi beneficij curati cuius alter fructus percipit uacat primum.c.si tibi concesso.eo.tit.& lib.in quo idem autor. Nec etiam beneficio curato priuatur quis si infra annum promotus non sit, si possessionẽ pacificam neq; nactus, neq; per eum stetit quin adipisceretur.c.commissa.de elect.eod.lib. ubi Anch.Etenim non potest intelligi possidere tametsi eam corpore teneat ex lite in iudicium deducta, si super iure possessionis uacillet, & dubitet.l.nemo.C.de acquir.poss.Debet insuper possessio, sicuti in d.c.si tibi.Anch.ait, fertilis esse non sterilis. Vt fructus possessor appraehendat. Habere praeterea sicut peruenire cum effectu accipiendum est. l.nomen filiarum. §.habere. ff.de uerb.sig. Et capere etiam cum effectu accipitur.l.aliud.ff.eo. Non uidetur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere.l.non uidetur quisquam.ff.de reg.iur. Nihil esse possessionem absq; usu, Aesopus fabula designauit, qua finxit auarum omneis fortunas uendidisse, ac auream glebam conflasse, subq; terram defodisse, quam cum amisisset, & fleret, id quispiam sciens, lapidem illi obtulit, uti hunc subfoderet, talem scilicet usum sibi praestaturũ qualẽ praeberet aurũ quo ad nullã rem utebatur.

Habere. Peruenire. Capere.

En possession & saisine que ledict demandeur sa partie aduerse ne la peult ne doibt appeller sa dame ou maistresse, ne sen dire seruiteur. En possession & saisine quil ne doibt saccointer, ne parler a elle, pareillemẽt laccompaigner en uoiage ne aultre part, aumois ne la doibt tenir par dessoubs les bras. En possession & saisine q̃ selle ueult aller en pelerinage, il ne la doibt point mener derriere luy, ne luy ayder a secourre sa robbe. En possession & saisine que il ne luy doibt point allumer sa chandelle au mostier, ne faire le petit genoil deuant elle. En possession & saisine que si sur le chemin son fouet, ou aussi sa uerge cheoit a terre, il ne la doibt point releuer ne bailler. En possession & saisine quil ne doibt porter la botte fauue pour lamour delle, ne la soulcye sur son chappeau. En possession & saisine quil ne peult pareillement fermer sa dicte botte fauue desguillette uerte, ne son chappeau de cordõ ne houppe de cheueux. En possession & saisine quil ne doibt point aux harnois de ses cheuaulx porter la liuree delle; ne auoir plus dune robe neufue la sepmaine. En possession & saisine que ses cheueulx ne

doibuent

doibuent uenir iusques sur les yeulx, ne que il doibt auoir a son bonnet rubens de soye uerte. En saisine & possession quil ne doibt point dancer aux nopces, ne aultre part auec sa dicte dame, ne icelle prendre au chappellet. En possession & saisine quil ne doibt seruir a table ou elle se sied.

SEDERE *in mensa cum amasia dant aditum.* *Ouidius in j. de Arte:*

Dant etiam positis aditum conuiuia mensis:
Est aliquid præter uina quod inde petis.

Ne luy bailler carreaux.

QVOD *utile multis fuit ad ineundum primò amores. Ouidius eodem loco:*

Par leues capiunt animos, fuit utile multis
Puluinum facili composuisse manu.

Ou tronchet, ou passet a mettre soub les pieds.

HIS *etenim iniatur sæpenumero amor.* *Idem eodem loco:*

Profuit & tenues uentos mouisse flabello:
Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem.

Et proposoit possessoire tout pertinēt. En requerāt en se cas de delay la recreance. Et pour respōdre au faict de ladicte partie aduerse disoit ql ne pouoit auoir aulcūg droict en ceste matiere. Car son don ou tiltre estoit obtenu lōg tēps apres celluy du deffēdeur, & si nauoit nōme grādeur & q̄lite en Amours.

Qualitates beneficiandorum.

SVNT *autem plures qualitates quæ in beneficiandis requiruntur: sciētia, mores, ordo, ætas, & quod legitime natus sit. cc. cum in cunctis. in quo Pan. dudum. j. de elect. licet canon. eum ex eo. eod. tit. in vj. indecorum. eam te. de æta. & qual. cle. j. eo. tit. ad hæc. de fil. presby. iij. lxxxviij. dist. §. clericos. in auten. de sanct. epis. coll. ix. Io. And. Anch. in c. si pro clericis. de præb. in vj. Quas uerò diœcesani in promouendis uigilanter obseruare debent. d. cle. j. De scientia uerò & moribus superuacaneum disserere est. Nam & si his omnino careāt, nulli præterea reijciūtur: quin & indoctiores, & incōtinētiores maiora plurá ue obtineāt beneficia atq; officia, in quo Pasquillus saxeus, ut retulit And. Alciatus hæc:*

Tandem maxime Pontifex galerum
Pasquillo hoc tribuas tuo roganti.
Si sensu sine sum, rude atq; marmor:
Complures quoq; episcopos creari
Ipso me mage saxeos uidemus.

Præsumūt enim Sum. Pō. & episcopi omnes idoneos. c. fi. de præs. c. j. de scrut.

Sin tamen scire desideres quæ scientia requiratur, uide Pan. in d.c. cum in cũctis. col.ij. de moribus totis titul. de uita & hon. cle. de ordine. In minoribus existẽs potest consequi dignitatem seu curam dum tamen ætatis sit sacerdotalis, ad quod sacerdotium infra annum post adeptam pacificam possessionẽ debet promoueri. c.ij. de consti. in vj. ubi Anch. cc. licet canon. cõmissa. eo. l. si pro clericis. licet. de præb. eo. lib. cle. ut hi qui. de æta. & qual. arg. c. ei qui. de præb. li. vj. Pan. in d.c. cum in cũctis. §. inferiora. col. iiij. & in d.c. dudum. Anch. in d.c. licet. & in cle. j. §. cæterum. de sta. mo. Et an priuatus sit ipso iure, uide Io. And. in magno scholio in d.c. licet canon. Defectus enim ordinum gratiã nullam ad beneficia curata reddit. Anch. in c. si eo tẽpore. de rescri. in vj. c. præterea. de ætate & qual. dicit tamen præficiendum ad curam debere esse subdyaconũ. Eligendus autem in episcopum debet esse subdyaconus. c. à multis. de ætate. c. fi. lx. dist. impetrator gratiæ de clericatu mẽtionem facere debet. c. cum à deo. de rescrip. ubi Pan. quia inefficax foret rescriptũ si laicum se tacuerit. Pan. in c. ex literis. de resc. cũ debeat esse tonsoratus. d.c. ex literis. Et quid si se gerat pro clerico, cũ tamẽ non sit an ualeant literæ, si id asserat? Pan. in d.c. cũ à deo. dicit nõ ualere. quod contrariũ sentire uidetur Ber. in c. ij. de inst. ubi Pan. Quæ uero ætas requiratur Zaba. in cle. fi. coll. ij. de æta. Pan. in d.c. præterea. & in c. super inordinata. de præben. in episcopo autẽ ætas antiquitus erat xxxv. annorũ. §. hoc quoq;. in aut. de sanct. epis. col. ix. hodie uero tantũ est. xxx. annorũ. cc. cum in cũctis. cum de nobis. de elec. Pan. in d. cc. preterea. super inordinata. Abbatis uero est. xxv. annorũ. Pan. in d.c. cũ in cunctis. coll. iiij. & dd. cc. præterea. super inordinata. & quod fuerit ordinem regularẽ expresse professus. c. nullus. de ele. in vj. ubi Io. And. in uerbo expresse. c. cũ in magistrũ. de elect. ubi Pan. nec ualet cõsuetudo in cõtrariũ. c. cũ causam quæ. de ele. Imo facta de non professo est hodie ipso iure nulla. Pan. in d. c. cũ causam. c. cũ ad nostrã. & seq. de ele. Nec prioratus, nec administratio cõmitti potest, nõ nisi professo. cle. j. §. sane. ij. de sta. mo. Pan in c. cũ monasterium. de ele. Abbatissæ uero & priorissæ ætas est xxx. ann. completorũ & quod sit ex legitimo matrimonio procreata. c. indẽnitatibus. de ele. in vj. ubi Io. An. & Anc. Pan. in d.c. super inordinata. Prioris uero cõuentualis. xxv. & si nõ sit sacerdos infra annũ debet fieri ꝓfessus. cle. j. §. cæterũ. de sta. mo. Pan. ubi supra. In monacho requiritur ætas xiiij. ann. Pan. in d.c. super inordinata. in curatis, & cæteris dignitatibus ætas est. xxv. ann. d. §. inferiora. Pan. in cc. supradictis. Primiccrius autẽ & cantor quo ordine, et qua ætate esse debeãt cõsuetudini standũ est. Io. in c. j. lx. dist. Pan. in d. §. inferiora. & in d.c. dudũ. Nec minor. xiiij. annis ꝑsonatũ administrare potest. cc. ex ratione. indecorũ. de æta. Canonicus ecclesiæ cthedralis requirit xiiij. Pan. in dd. cc. præterea. & super inordinata. Beneficia uro simplicia

plicia non requirunt sacrũ ordinẽ, si tamẽ iure municipali, aut cõsuetudine habẽt administrationẽ requiritur tẽpus xiiij. Pan. in dd. cc. præterea. &c. Nõ est præterea capax beneficij puer. c. j. in q. j. Beneficiũ tamẽ habẽs septẽ annos obtinere potest. Pan. in d. c. super inordinata. Et postulatus ad cathedralẽ debet attigisse xxviij. annũ: & qui cõtra sciẽter postulauerint, eligendi, postulandiq; potestate priuati sunt, ac beneficijs quæ in ipsa ecclesia poßidẽt triẽnio suspẽsi, extrau. dispendijs. Io. xxij. de post. in cõibus. Et utrũ in beneficijs sufficiat annũ attigisse? Zab. in cle. si. col. iiij. de æta. Anch. in d. c. licet canon. in præbẽdis uero inspicitur tempus datæ. d. c. ei qui. & impetrator debet esse idoneus tẽpore impetrationis, nec sufficit quod postea euenerint qualitates. c. nõ firmatur. ubi Dynus de reg. iur. in vj. Pan. in d. c. dudũ. col. iiij. c. si eo tẽpore. de resc. in vj. arg. §. inferiora. Io. And. in c. si pro clericis. de præb. in vj. Anch. in d. c. licet canon. Et an expectans præbendã sacerdotalẽ, nõ tamen est in ea ætate quæ sacerdotio requiritur an debeatur illi. cũ ætas superuenerit? Io. And. in d. c. ei cui. Aetas subdiaconatus est xviij. diaconatus uero, ac præsbyteratus. xxv. cle. si. de æta. Requiritur etiam in his legitimitas dd. cc. cũ in cũctis. nisi cũ pridẽ. §. personæ. de renũ. Et utrũ legitimatus per sequẽs matrimoniũ poßit esse episcopus? Pan. remißiue in d. c. cum in cunctis. Sunt insuper plures aliæ res quæ impediunt quem promoueri. de quibus in c. qui in aliquo. lj. dist. Qualitates autẽ in amore nullæ sunt. Nulla primo ætas. Ouidius in j. de arte: Aetas mollis sed apta regi. Et in eod. In amore nulle qualitates.

Seu te forte iuuat sera & sapientior ætas:
  Hoc quoq; crede mihi crebrius agmen erit. Propertius in ij.
Cum sene non puduit talem dormire puellam:
  Et canæ toties oscula ferre comæ. De Aurora quæ adamauit Titonũ loqtur Paulus Silentiarius:

ὁ πρὶν ἀμαλθάκτοισιν ἐνὶ φρεσὶν ἤδ' αὖ ἐν ἥβῃ
  οἰστοφόρου παφίης θεσμὸν ἀπειπάμενος
γυιοβόροις βελέεσσιν ἀνέβατος ὁ πρὶν ἐρώτων
  αὐχένασαι κλίνω κύπρι μεσαι πόλιος
Δέξο με καγχαλόωσα, σοφὴν ὅτι παλλάδα νικᾷς
  Μία πλέον, ἢ τὸ πάρος μήλῳ ἐφ' ἑσ περίδων. Latine sic, Ottomarus Luscinius reddidit:

Qui potui iuuenis sapienter temnere leges:
  Quondam prædulceis ô Venus alma tuas.
Spicula carniuorum uitare edoctus amorum:
  En mea colla senex sub iuga mitto tua.
Victa iacet Pallas, magis hæc cape leta trophea

Aurea quam pastor cum tibi mala dedit. Pontanus.
Quid rides matrona senem? quid temnis amantem?
Quisquis amat nulla est conditione senex.
Quisquis amat iuuenem par est matrona uocare:
At qui nullus amat, iure sit ille senex.
Tempus habet metas, & constat tempus ab annis:
Et peragunt annos sydera cuncta suos.
Solus amor nescit tempus, nec subiacet annis:
Aeuo sed fruitur, perpetuusq́; manet.
Quid mihi nunc annos obiectas, quid'ue senectam?
Nullus amor fines terminat ipse suos. Deformitas insuper, nec corporis neglectus cultus nihil obsunt. Sappho Ouidiana sic fatur.

Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo.
Andromadæ patriæ fusca colore suæ. Idem in ij. De arte:
Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses:
Et tamen æquoreas torsit amore deas. In j.
Forma uiros neglecta decet, Minoida Theseus
Astulit, & nulla tempora iunctus acu.
Hyppolitum Phædra, nec erat bene ultus amauit:
Cura deæ syluis aptus Adonis erat. Propertius in ij.
Vidistis pleno teneram candore puellam,
Vidistis fusco, dulcis uterq; color:
Vidistis quandam argiua prodire figura
Vidistis nostras, utraq; forma rapit.
Illaq; plebeio uel sic sandicis amictu
Hæc atq; illa mali uulneris una uia est. Plato Archænassam meretricem colophoniam rugosam deamauit, de qua hæc proferebat,

Ἀρχαιάνασσαν ἔχω τὴν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίρην
ἧς ἀπὸ ῥυτίδων πικρὸς ἔπεστιν ἔρως id est, Archenassam colophoniam habeo meretricem, cuius in rugis amarus inest amor. Illius epigramma hoc modo transtulit Politianus Angelus.

Archænassa mihi meretrix colophonia nunc est:
Cuius & in rugis incidet acer amor.
Ah miseri à prima tetigit quos illa iuuenta
Igne suo medij uos rapuere rogi. Inter uulgariũ ora prouerbiũ est, nullos deformes esse amores. Nam ut ait Fabius. li. vj. c. de diuisione affectuũ. Amãtes de forma iudicare nõ possunt, quia sensum oculorũ premit amor. Estq; Platonis

sententia

sententia ὁ τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον. i. obceecatur amans circa rem amatã. Nã ut ait Io. Chryso. hom. in dominicã. xviij. post pẽtecostes. Perfectus amor uerũ iudiciũ nõ cognoscit, sicut nec perfectũ odiũ ut etiã docuit Theocritus eglo. vj. — ἦ γὰρ ἔρωτι,
Πολλάκις ὦ Πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.
Hæc & alia demonstrauit Ouidius lib. ij. Elegia. eleg. iiij. cuius hæc sunt:

Candida me capiet, capiet me flaua puella,
  Est etiam in fusco grata colore Venus.
Seu pendent niuea pulli ceruice capilli,
  Leda fuit nigra conspicienda coma.
Seu flauent, placuit croceis Aurora capillis.
  Omnibus historijs se meus aptat amor.
Me noua sollicitat, me tangit serior ætas.
  Hæc mollior specie, moribus illa placet.
Deniq; quas tota quisquam probat urbe puellas,
  Noster in has omneis ambitiosus amor.

Ains auoit seulement seduyte celle dame par persuasion.

PERSVADERE autẽ est plusquã cõpelli, & cogi sibi parere, sed persuadet Græce καταπείθει. etiã bonũ cõsiliũ quis dando potest persuadere & malũ l. j. §. qui bona. ff. de ser. cor. l. si quis seruũ. ff. de iniur. Quid si serua fuisset, & sollicitauerit illã ut amaret, illo edicto teneretur. d. §. uer. sed utrũ. l. nunq̃. ff. de priua. deli. l. sed est q̃onis. ff. de iniur. Quid suadere & p̃suadere Budeus in d. l. j. Persuadere.

Et belle parolle.

ISTVD est appellare, quod est blanda oratione alterius pudicitiã attẽtare. Appellat enim qui sermone pudicitiã attentat. Non tamen omnis qui appellat edicto de iniurijs cõuenitur. Neq; enim si quis colludẽdi, si quis officij honestate faciendi gratia id fecit, statim in edictũ incidit, sed qui cõtra bonos mores id facit. l. item. §. appellare. ff. de iniur. Quintilianus in iiij. cũ de narratione tractat exemplificans: Vxor marito dixit appellatam se de stupro à priuigno, & sibi constitutũ tẽpus & locum, eadẽ cõtrà filius detulit, de nouerca. Seneca lib. ij. declamationũ. Ter illam appellauit de stupro adiectis precijs. & pro eadem significatione attentare. l. attentari. ff. de iniur. Quanam enim pœna teneatur qui attentauerit aßistriam, aut diaconissam, aut monastriam in §. si quis rapuerit. in auten. de sanct. epis. col. ix. uidendum erit. Appellare. Attentare.

Tellemẽt q̃lle cestoit cõdescẽdue a laimer, & lauoit en garde.

ERGO depositũ, quòd ad custodiendũ ei data esset. l. j. ff. eo. Solent enim mulieres ob amorem seruæ deponi, ut plurimũ inter scholares. l. quæ depositis. Depositum.

§.si quis.l.ea.l.si seruus communis.§.idq́;.ff.de furt. Non possunt tamen depositarij harum uti opera, ni conuentum sit.d.§.si quis.§.si conueniat. ea.l.c.contractus.de reg.iur.in vj.ni spõte præstent.Paul.in d.§.si quis. Quibus interim præstare debeat cibaria.d.§.si quis.quod ministerio eius utatur.l.item si.§.fi.ff. de æd.edict.l.si id.§.j.l.si uir.§.fi. ff.de don.inter uir.& uxo.l.sicut impendia. ff.de usufr.arg.l.in rebus.§.poßunt.ff.commod. Ad quæ non tenetur nisi usum habeat. Bart.in d.§.poßunt.Sunt enim modica impendia cibaria illo.§.possunt. Verum sufficienter autem alere, & uestire debet, secundum ordinem, & dignitatem.l.sed si quid.§.sufficienter.ff.de usufr. quia id consueuerunt mulieres, propter quod etiam nonnullæ luxuriantur. Non enim fabis & caseo ut rusticus uesci consueuerunt. Si tamen necessarias impenderit utputa in ualetudine, aut in ea requirenda atque reducenda si quando aufugerit, errauerit q́;, quod plerunq; contingit repetet.arg.d.§.poßunt.& l.si necessarias.ff.de pig.act. Paul.in d.§.si quis. Præcauere etiam non segniter depositarius debebit ne deposita deteriorentur morbis, præsertim cancris, carcinomatibus, apostematibus, & omnium periculosißimo neapolitano, cum quod si in omni animãtium genere sontici sint, maxime in muliere: alioquin depositi & legis aquiliæ tenebitur. d.l.in rebus. Idq́; attentius in deponente obseruandum erit ne uitiosam deponat, & huiusmodi morbis labefactatam, cum id facile depositarius poßit ignorare. Latent enim hi nonnunquam morbi, quia ex hoc teneretur.d.l.si seruus.§.idq́;. Rei uerò depositæ & proprietas, & possesßio penes deponentem remanet.l.licet.ff.depo.neque interdictum uti poßidetis intentare poterit.*

Qui estoit mal faict a luy, ueu quil scauoit bien quil lauoit parauant acceptee a dame, & en estoit pourueu. Disoit oultre plus que son don ne pouoit rien ualoir: car le biẽ nestoit point uacant, au temps qui laccointa: & nestoit que une entreprinse faicte pour luy cuider faire bailler le bon de sa dame: & par mauuais rapportz ou lon ne debuoit point adiouster foy.

A quoy ledict amoureux demandeur pour ses replicques disoit que en matiere damours na point de priorite, ne de posteriorite.

Qui prior tempore, potior in iure.

ET SI *qui tempore prior, in iure potior sit. l.si fundum.l.generaliter.l. diuersis.C.qui pot.in pig.hab.c.cum autem. de iur.patr. & intra duumuirales antiquißimus quisq; prior cæteris præferri debeat.l.j.ff.de al.scrib. Et prius ordinarius cæteris maior sit.c.j.de maio.& obe.c.fi.lxxv.dist. & posteriores episcopi prioribus non debeat præponi.c.episcoporum.lxxiiij.dist. In amore tamen*

nec

nec prioritas quidem, nec posterioritas locum habent, ut frequentius qui ultimo uenerit, feruentius explosis ueteribus ametur, quod forsan mulieris conditionem pinguiorem fecerit. l. in naue. in fine. ff. loc. Si enim in aliquibus speciebus gratificationi locus sit, maxime in amore id est, arg. l. si quis seruum. §. si inter duos. & sequen. ff. de leg. ij. Est etiam in amore personarum acceptio, Ber. in d. c. cum autem. ut si omnibus opem ferre non poßit, uni tantum auxilietur. l. iij. §. si cum omnis. ff. ad syll. quibus etiam exactis reconciliatur primus.

La raison est bonne, car lamour & le bien uient des dames, & est en leur faculte de le donner & tollir toutes & quantes foys quil leur plaist, & a qui bon leur semble.

Amor precarium.

EST *enim amor precarium, quod petentis precibus utendus concedatur, qui dissoluitur quando illi qui conceßerit libuerit. l. j. ff. de prec. Est nanq; natura æquum tamdiu te liberalitate mea uti, quamdiu ego uelim, ut poßim reuocare cum mutauero uoluntatem. l. ij. l. & habet. ff. eo. c. fi. eo. ut etiam cõuentio uti ad certum tempus amet, quin poßit antea reuocari nõ ualet. l. cum precario. ff. eo. Pan. in d. c. fi. at consuetudo in cõtrariũ non ualeret: quia cõtra amoris naturã. Io. And. in c. ij. de const. in vj. Nec enim rẽ alienã inuito domino poßidere poßum d. c. fi. Iniustæ insuper cõuentiones honestæ nõ sunt, Pan. in d. c. fi. alioquin amor nõ esset ultroneus, sed coactus, quod q̃ absurdũ esset, & periniquũ, quum solis animis amor cõsistat. l. iij. ff. de don. inter uir. & uxo. Nec contra erit hoc uerbum donare, quia si proprie donatio esset nõ posset repeti. l. j. ff. de don. Est itaq; precarium quoddam donationis genus, cum ex liberalitate proficiscatur. d. l. j. ff. de prec. Sunt etenim nonnũquam interpretanda uerba iuxta rei de qua agitur naturam. Pan. in c. constitutus. col. pen. de rel. do.*

Verba interpretanda, iuxta naturam rei de qua agitur.

Et ainsi doncques quil falloit quelles fussent contrainctes a aymer tousiours ung quelles auoyent au commencement sans le changer.

Legẽ nemo sibi imponit.

NEMO *enim eã sibi potest legẽ dicere ut à priore ei recedere nõ liceat, l. si quis in principio. ff. de leg. iij. Et suæ q̃dẽ quisq; rei moderator atq; arbiter est. l. in re mandata. C. mand. l. etiã. §. licet. ff. sol. ma. l. sed si lege. §. cõstituit. l. si quid poßeßor. l. sicut autẽ. ff. de pet. hær. l. legis. ff. ad le. aquil. c. de his. de sepul. Iustum uero est sua cuiq; committere. l. nemo. C. de iud.*

Quilibet moderator rei suæ.

Ou prendre deuers elles qui sont dames et usant de franche liberte seroyent subiectes de soubmectre leurs cueurs aux uoulentes des hõmes, sans le pouoir oster. Par quoy deuiendroit serues, & priuees de franchise & domination, qui est le

plus beau preuilege quelles ayent.

Libertas. LIBERTAS inæstimabilis res est.l.libertas.ff.de reg.iur.§.pen.inst.quib. ex cau.maio.infinita est æstimatio libertatis,& necessitudinis.l.nõ est.ff.eo.l.procurator.§.fi.ff.rem ra.hab. Nec liberũ corpus æstimationẽ recipit.l.ex hac.ff. si qua.paup.l.j.§.sed cum.l.fi.ff.de his qui deiec.l.ij.§.cũ in eadẽ.ff. ad le.rho. de iact.l.liber homo.j.ff.de uerb.obl.Et libertas omnibus rebus fauorabilior est l.libertas.ff.de reg.iur.nec ignotum quod multa cõtra iuris rigorem pro libertate sunt cõstituta.l.generaliter.§.si quis seruo.ff. de fid.lib.& libertatis datio grande beneficium est.l.j.ff.de bo.lib.Est præterea libertas actus pius.l.j.§.sin autẽ.C.de cõmuni ser.ma.& dicitur quædã dignitas, Pan.in c.j.de ser.nõ ord. & quid spirituale.Ber.in c.nullus.eo.& in c.ij.de appell.At cõtra seruitus morti ferè comparatur.l.cum hic status.§.si donator.ff.de don.inter uir.& uxo.l. intercidit.ff.de cõd.& dem.l.seruitutẽ.ff.de reg.iur. §.si uero decretũ.in aut. de ser.non ord.Paulus ad Corinthios vij.monet nos liberos fieri si possumus.

Quanta sit libertas ex iurisconsultis patet:nũc uero nõnulla ex poëtis,oratoribus,historicis,ac philosophis,in mediũ afferamus.cũ qua paululum immorari nõ pigebit,cũ etiam illius neminem tædeat.Homerus torrens ingeniorum lib.xvij. Odyssee dimidium ingenij deum huic abstulisse qui in miseram serui fortunam uenerit:& apud Homerum Mantuanum Andromachæ lib.iiij.Aenei.paucis seruitium ostendit ponderosum.Stirpis achilleæ fastus iuuenemq; superbum.Seruitio enixe tulimus.Euripides in Hecuba seruitutem miserrimam dicit,quæ plurima præter æquum fert.Plautus plurimus in hac re est.

Ergo in seruitute expetunt multa iniqua.
Habendum,& ferendum hoc opus est cum labore. In Captiuis:
Omnes profecto liberi lubentius
Sumus,quàm seruimus. Et ibi.
Quid tu seruos'ne esse an liber mauelis?memoria mihi
Proximum quod sit bono,quodq; à malo longissime,
Id uolo,quanquam non multũ fuit molesta seruitus. Periplectomenus in Milite glorioso lepidius liberũ esse,quàm procreare liberos. Hercle uero liberum hominẽ esse id multo est lepidius.Nam Pleusides ante dixerat lepidũ esse creare liberos.Syra interrogata ab hæra qd tantũ oneris ferret, respõdit Annos octoginta & quatuor.Et eodẽ accedit seruitus.Mestre apud Ouidiũ lib.viij.Meth. ne serua fieret,quod pater Eryschthon eã ob famem uenũdare uellet. Neptunũ à quo fuerat rapta exorat,ne id patiatur,eiusq; misertus in piscem uertit. Seneca in Throade.Durum,inuisum,graue est seruitia ferre. Titus Stroza:
O nimium felix generoso pectore digna

Liber

Libertas cunctis anteferenda bonis. Nunc è pœnu Ciceroniana, quæ ad rē. refertißima est. In j. de oratore. Libertatis iudicio nullum esse grauius posse ait, In oratione. ij. De lege agraria cōtra Rullum. Quid tam populare, quàm libertas, qua non solum ab hominibus, uerum etiam à bestijs expeti, atq; omnibus rebus anteponi uidetis. Et ad Atticū. lib. x v. De libertate retinenda, qua certe nihil est dulcius. Salustius in Catilina. Sed libertatem quam nemo bonus, nisi cū anima simul amittit. Lepidius in oratiōe ad Quirites quæ ex C. Crispi. historijs superest. Nam quid à Pyrrho, Hannibale, Philippoq; & Antiocho defensum est aliud quàm libertas. C. Cæsar. lib. iiij. cōmētario. belli gallici. Omneis homineis natura libertati studere, & cōditionē seruitutis odisse. Q. Curtius in vj. pretiū liberis seruitutis ingratū esse dicit. Buris & Spartis Lacædemones sponte ad Xerxem ꝓfecti ad suppliciū scilicet, quod eius caduceatores interemißent, hortatiq; eum sunt pro Spartanis, uti eos quo modo uellet cruciaret, miratusq; Xerxes illorum fortitudinē, eos absoluit, rogauitq;, ut apud eū manerent & etiam Indarnus eius præfectus eisdemq; honores pollicebatur, quos amicis impartiebatur. Cui Lacædemonij: Nobis ignorare uideris, quantū sit libertatis bonū, quam nemo compos mentis cū Persarum regno cōmutauerit. hæc Herodotus. Virginius filiā Virginiā interemi, quòd cōtra iust in seruitutē addiceretur, stupraretur q;. de quo l. ij. §. initiū. de ori. iur. & Liuius. li. iij. & ut idē in xxviij. autor est. Astapani maluerunt suos filios occidere, seq; in ignē conijcere, q̄ in seruitutē hostiū Romanorū deuenire. Molestißimū enim est seruire ut dicit Iosephus lib. ij. c. xvj. belli iudaici. Diodorus. lib. iij. legem apud Indos fuisse cōmemorat, qua cauebatur neminem seruū esse. Seruitutem autē hi boni autores maximū malum docuerunt. Plato de rep. seruitutem magis quàm mortē timendam fore scribit. de qua Cicero, philippica. ij. Seruitus postremum malorum omnium nō modo bello sed morte etiam repellēdum. & in iij. Cum autē est omnis seruitus misera, tum uero intolerabile est seruire impuro, impudico, effœminato, nunquam ne in metu quidē sobrio. Et alibi, Nihil fœdius seruitute. & in x. Omnis est misera seruitus. Liberum & libertatem antiqui lœbesum & lœbertatem ut Pompeius ait dicebant. Libertatis templum Romæ in Auentino structum fuit. Libertas, ut commune omnium dictum est, non bene pro toto uenditur auro. Seruitus.

Et aussi tout le plaisir seroit dehors, ne nauroiēt plus damour de luy. Car per se moyen, il leur fauldroit amettre ce q̄lles deburoyent hayr. Et ny auroit iamays nul ieune amant pourueu, ne aduāce, pour seruice ql peust faire par ce q̄ les p̄miers uouldroyēt tousiours gouuerner. ¶ Sur quoy le dict deffendeur disoit au cōtraire, q̄ len ne doibt point ainsi despointer ung loyal

amant qui a bien serui sans cause ne matiere : & sans ce que sa dame leust trouue en faulte ou p̃sent meffaict. Ains fault quil soyt ouy premieremẽt, & que il y ait declaration sur la priuation, ou aultrement iamais il nauroit bien ne seruice remunere. Car il aduiẽdroit tous les iours que ieunes amoureux pour estre aduances, & entrez en la grace des dames qui croyent moult de legier tout ce quon leur rapporte.

Mulieres credulæ. *SVNT enim mulieres credulæ. Stroza pater:*

Quanta puellari leuitas in pectore regnet,
Quàm cito consuerint credere falsa mones.

Et leur louẽge foulleroyent & suppediteroyent les aultres par blandissemens & belles bourdes : ou par mauuaises paroles, quilz apporteroyent de leurs personnes pour deuenir maistres, & leur oster leurs lieux. Et ainsi tous amoureux qui auroyent dõcques faict leurs debuoirs le temps precedent pour bien seruir auroyẽt des maulx. Et les ieunes pour mal faire & mal rapporter, seroyent honorez & bien uenus ou na apparence. Et sur ce furẽt les parties appointees. Et despuis ledict Cõseruateur par sa sentẽce dict, & declaira, q̃ en tãt que touchoit le principal parties estoyẽt cõtraires & feroyẽt leur enq̃ste; & icelle faicte & rapportee par deuers luy il leur feroit droict. Et au regard de la recreãce des possessions & choses cõtẽtieuses.

Vindiciæ. RECREDENTIA *uindicia est, uel si mauis uindiciæ pluratiue latinius dicẽtur à* Vindicio Vitelliorum *seruo, in cuius personam* Brutus Romæ *primus secundum libertatem uindicias dicit, id est, ut in possessione suæ libertatis sit, donec aliter pronuntietur.* De *qua uoce & historia et* Virginij *.l.ij.§.initiũ. ff.de orig.iur. Asconius in oratione pro Cornelio.* Plutarchus *in* Publicola. De Vindicio Liuius *lib.ij.* De Virginia *lib.iij.* Dionysius Halicarnaseus *lib.xj. Sunt tamen qui à uindicando uindicias putent dici, quod uocabulum, pro uindicias dari accipitur. Liuius:* Vindicatur Virginia *propinquis spondentibus.* Vindiciæ *appellantur res eæ de quibus controuersia est, de quibus* Cincius *sic ait:* Vindiciæ *olim dicebantur quæ ex fundo sumptæ in ius allatæ erant. Seruius Sulpitius uindiciam esse ait, ab eo quod uindicatur res ex controuersia. Hæc ad uerbum* F. Põpeius, *& sequentia. Asconius in iij. in* Verrem: *Lis uindiciarum est cum litigatur de ea re apud prætorem cuius incertum est quis debeat esse possessor: & ideo qui eam*

tenet.

tenet satisdet pro prӕde litis uindiciarum aduersario suo qui illi satisfaciat nihil deterius in possessione facturum de qua iurgium esset. Prӕdes ergo dicuntur satisdatores locupletes, pro re de qua apud iudicē lis est, ne interea qui tenet diffidens causӕ possessionem deteriorem faciat, tecta dißipet, excidat arbores, & cultu deserat, & bona ipsius prӕdis ob ipsam fideiußionem obnoxia non uno nomine bona prӕdia dicuntur. Aliqua per Ludouicum Cӕlium lib. ix. c. liij. inuoluit tamen magis quàm explicet, omnia affectatè exponens, Grӕca Latinis cōmiscens, doctè magis & eloquenter, Budӕus in d. l. ij. Prӕs.

Il adiugea audict demandeur le requerant pour en iouyr, regir & gouuerner soub la main damour pendant le proces : & iusques a ce que aultrement en fust ordonne. De laquelle sentence ce dict deffendeur en a appelle en la court de ceans, ou ledict proces a este receu pour iuger. Si a la court ueu ce que faisoit a uoir en ceste matiere : & tout ueu ladicte court dict q̄ en tant que ledict Conseruateur adiugea la recreance au dict demandeur il iugea mal. Au surplus en amendant le iugemēt la court adiuge ladicte recreance & iouyssance des possessions & choses contentieuses audict deffendeur.

QVI antiquiorem possessionem probat in hoc interdicto obtinet. Bart. in l. ij. ff. uti poß. & in l. uni. C. eod. Erat uerò rei precaria possessio, quӕ frequētior in amore est, quӕ alioquin iusta est. l. communi. §. inter. ff. communi diui. prӕsertim in uirginibus: aut uiolenta quӕ solet esse sӕpe in meretricibus, & prostitutis: siue clandestina, quӕ in uxoribus est: quӕ uerò possessiones in amore ualidӕ sunt, Terentius in Enucho:

Hanc tu mihi uel ui, uel clàm, uel precario
Fac tradas, mea nihil refert, dum potiar modo. Calentius:
Quando ego uel dominus, uel ui possessor habebo,
Tam bene compositi corporis imperium.

Debet enim qui in hoc obtinere desiderat possessionem & tempore turbationis, aut etiam litis contestatӕ probare. §. quorum. Inst. de inter. Is etiam obtinet qui titulum probat. Bar. in d. l. uni. Sin autem unus ciuiliter, alter naturaliter probent, ob quod hoc competit. Accur. in d. l. fi. ff. eod. Si ӕqualiter probent, poterit iudex eos pro parte dimidia & indiuisa poßidere pronuntiare. Ber. in c. licet. de prob. Bar. in d. l. uni. Imò si duo sint usufructuarij, ut sӕpe contingit, quin etiam plures, aut mille, simulato tamen uno & eodem amore mulier prosequitur, pronuntiabit iudex uti poßidebatis, ita poßideatis, ut diuersis tamen tēporibus utantur.

tur. Bar. *in d.l.ij.ff.eod.ne scilicet deueniant ad arma.l.æquißimum.ff.de usu.ne utique detur occasio maioris tumultus faciendi. l.non est singulis. ff.de reg.iur.* Quibus *etiam prohibere poterit ne armati ingrediantur possesßionem.* Bar.*in d. l.æquißimum.ar.l.uia.ff.de ser.& d.l.communi.§.sed & si.& §.cum de usufructu.*Sicut *si duo de hæreditate contendant,poterit iudex prohibere ne possesßionem ingrediantur.*Paul.*in l.fi.C.de edicto di.*Adr.*coll.ij.*Facile *tamen erit potiorem probare possesßionem.*Difficile *quidem est,& perquàm raro,ne unus præ cæteris diligatur.* Terentius:

Sanè quia uerò hæ mihi patent semper fores,
Aut quia sum apud te primus. Phædria Thaidem *alloquitur, &* Philotis *in* Hecyra:*Eàdem pol esse omnibus iniurium est.*Aristippus *Socraticus* Cyrenaicorũ,*ut affirmat lib.iij.c.xv.*Inst.diuin.Lactantius *magister,&* Cicero *lib.ix.*Epistolarum *ad* Pætum*, &* Diogenes *in eius uita non erubuit, cum illi obijceretur eum* Laida *habere,respondere se habere* Laida,*non ab ea haberi.*Vnde *tractum est prouerbium:*Non *est cuiusque* Corinthum *nauigare.* Sicut Acron *lib.j.*Epistolarum,*epistola xviij.uoluit.*Cuiusque *uerò meretricis maior(ut uulgus loquitur) canis quispiam est.*

Et si retient la court la cognoissance de la cause principale, ou les parties uiendront proceder ceans au premier iour ainsi quil appertiendra par raison.

LE SISIESME AREST.

De certaine tauxation de despẽs que deux cõseilliers de la court de ceans auoyent faicte, a une ieune dame,a lencontre dung syen amy,montant la somme de xix.liures, iij.solz, sis deniers parisis.

A' taxatione expensarum appellatur.

A' TAXATIONE *expensarum,si modus excedatur appellatur.l.fi. in qua* Bart.*C.quando prouoc.non est nec.*Idem *in l.ab executore.coll.iij.ff.de app.*Angel.Areti.*in §.hæc autem.col.iiij.*Inst.*de pœ.teme.litig.*Non *potest tamen à sententia expensarum sẽtẽtiæ interlocutoriæ à qua non fuit appellatum post decennium appellare,si non excederetur modus.* Pan.*in c.sæpe.in fi.de ap.* Constitutione *enim inuicti principis* Caroli VIII.*cauetur, ut cum ab expensarum taxatione prouocatur,ut articulus in quo se offensum dicit notetur:quod si à nullo appellet,uerum in fine tantum taxatio hæc nihilominus robur sortietur suum,& ex ea executio fiet.*

Pour raison de certain uoyage & pelerinage ou elle par grand ardeur auoit uoue son dict amy.

Vouent

VOVENT frequentius peregrinationē mulieres, quàm quod aliud. Desiderant enim proficisci, præsertim post pascha, lasciuiæ tamen magis causa quàm religionis, & deuotionis, & plurimum citra uiri assensum, & si id non poßint. Pan. in c. scripturæ. col. iij. de uot. & uot. redemp. Vxor tamen in domo uiri cum sese uoto constrinxerit & iurauerit. Si audierit uir, & tacuerit, nec contradixerit, sponsioni reddet quodcunq; promiserat: sinautem extemplo contradixerit, non tenebitur promißionis rea, quia maritus contradixerit, & dominus ei propitius erit. Numeri c. xxx. Videtur tamen mulierem hanc non posse repetere cum à principio facere non teneretur, emißum igitur necessario adimplere. Nam liberum est in uniuersis in uouendo arbitrium, sed post uotum necessaria solutio. c. licet. eod. Multa enim sunt facienda non iubente lege, sed libera charitate. Et ea sunt in nostris officijs gratiora, quæ cum liceret nobis etiam non impendere, causa tamen dilectionis impendimus. c. iam nunc. xxviij. q. j. Ac secundum contractus naturam regulantur uota, quæ cum sint ab initio uoluntatis, ex post facto tamen neceßitatis sunt. l. sicut. C. de act. & obl. Pan. in d. c. licet. j. not. Sicut autem uoluntatis, & officij, magis quàm neceßitatis est commodare. ita modum commodati, finemq; præscribere eius est, qui beneficium tribuit. l. in commodato. §. sicut. ff. com. Verum hæc propter amicitiam & societatem profecta, uiatica meritoriorum, & stabulorum, & iumentorum, currulorumq; uecturas, uel sui siue sarcinarum gratia, amico imputabit. l. si fratres. §. si quis. ff. pro soc. Sed ut aliquid è pœnu poëtarum addam, necnon ad rem uouent amicæ, pro salute amicorum, uel econtra. Ouidius in ij. Epistola: — Mulieres peregrinātur.

Thesea deuoui, quia te dimittere nollet.

Et post:

Sæpe deos supplex, ut tu scelerate ualeres,
Sum prece thuricremis deuenerata focis.

Tibullus:

Ille ego, cum tristi morbo defessa iaceres,
Te dicor uotis eripuisse meis.
Ipseq; ter circum lustraui sulphure puro,
Carmine cum magico percinuisset anus.
Ipse procuraui, ne possent sæua nocere
Somnia, ter sancta deuenerand a mola.
Ipse ego uelatus filo, tunicisq; solutis,
Vota nouem Veneri morte silente dedi.

Vouet etiam Calentius pro recuperata Aurimpiæ ualetudine.

Et au quel elle auoit este nudz piedz pour luy, affin quil fust guary dune griefue maladie de fieures blāches, quil auoit lors. Et aussy pour achepter des boucquetz de romarin, & ge-

nieure dont on lauoit baille durant sa mala die.

Impensas in seruo curando factas qs recuperat.

IMPENSAS quæ uir in seruo dotali curando fecit, recuperat. l.item isti.ff.de ed.ed.l.diuortio. §.impēdia.ff.sol.mat.uti etiā cōmodatarius.l.in rebus. §.poßunt.ff.commo.& si medico dederit pecunias.l.si necessarias.ff.de pig.act. Et socius uulneratus à socijs repetet quod in medicos impēsum est.l.cū duobus. §.quidem.ff.pro socio.Est enim necessaria.l.j.ij.ff.de imp.in reb.do.Bar.in d.l. impendia. Et cui debentur alimenta,ita & pharmaca.l.cætera.ff. de uerb.signi. Bar.in l.si cum dotem.§.si autem.Gestor tamen minimas recipit.d.l.omnino.ubi Bar.Quid sit modica boni uiri est arbitrari.d.l.pen.Acc.et Bar.in d.l.omnino. Et has curator recuperat actione negociorū gestorū. maritus uero cōtraria de dote,uel mandati.d.l.omnino.Bart.in l.j.ff.de imp.in reb. furiosæ autem uxori medicina uir & tenetur succurrere,& cogitur.d.l.si cum dotem.§.si autem.

Cest amāt cy cest sentu aggraue & en a appelle en la court de ceans. ¶Le proces a este receu pour iuger,& a la court ueu la dicte tauxation de despēs & diminution baillee au cōtraire. Et tout ueu la court dict,quil a este bien tauxe par lesdictz cōseillers:& mal appelle par lappellant,& lamendera.Et si le condemne es despens de la cause dappel la tauxation reseruee par deuers elle.

LE SEPTIEME AREST.

PAR deuant les conseillers ordonne sur le faict de la iustice du tresor Damours,cest assis ung aultre proces entre le procureur Damours dudit tresor demādeur dune part. Et ung ieune amant deffendeur daultre part. Et disoit ledit demandeur que nul amour ne peult tenir par acqsition aulcuns biens Damours ne faire fondation de rente ou reuenue selle nest deuement amortie.

Amortisatio

ISTVD constitutionibus principalibus in Gallia introductum est:quibus cauetur,ut ecclesiasticæ personæ collegia,monasteria,prædia,pēsiones canones acquisitos amortisare teneantur apud regem & cameram æris fiscalis, in cuius fidem necesse est instrumentum autenticum. Est enim amortisatio (uti hæc uox uulgariter apud Gallos accipitur) iuris remißio, quæ introducta est ne nobiles, uassalli,& cæteri ob huiusmodi alienatiōes pauperiores facti,seruitia & debita minus idonee principi impendant, & soluant,necesseq; sit ut regni deterius se res habeant,cum intersit regis plures diuites habere.Studet imperator ut subie

cti lo

eti locupletentur.in auten.ut iud.sin.quo.in princip. Expedit etiam Reip. *ne sua re quis male utatur.*§*.pen.* Inst*.de his qui sunt sui.l.j.C.de emen.ser.*Illud enim *idem quod cuiusq; priuati primo interest, ita & Reipub.secundo.Accur.in* §*.fi.* Inst*.de iust.& iur.& in* §*.pen.inst.de his qui sunt sui.cum huiusmodi obsequijs ecclesia sit immunis.*An *autem res ad ecclesiam transiens,eat cum onere pensitationum tam prateritarũ,quàm futurarum?*Paul*.in l.inter debitorem. ff.de pact. & in l.j.*§*.j.ff.de pub.*Pan*.in c.si de uit.& hon.cle.post* Ber*.& est facti,cum si ad alium huiusmodi res amortisatæ deueniant,eo tamen iure non utantur : &* Caroli VI*.constitutione in amortisatione tertia pars ualoris rei datur ærario regio.* Quòd *si amortisata non fuerit, ex ea re exigetur amortisatio.* Io*.in c.si tributum.xj.q.j.ubi uiderint utrum è rebus ecclesiasticis, uel clericorum tributum soluendum sit.*Alijs *constitutionibus iussum est, ut res non amortisatæ sub manu regia ponantur,sub qua ecclesia utatur : & infra annum & diem alienet, alioquin cõmittetur,quibus cõstitutionibus cum* Ambrosio *contra* Auxentiũ *respondebo.*Si *tributũ petit* Imperator,*non negamus,agri ecclesiæ soluant tributum:si agros desiderat* Imperator,*potestatem habet uendicandorum, tollat eos si libitum est:*Imperatori *non dono,sed non nego.d.c.si tributum.*

Et q̃ toutes & quãtesfoys que aulcun faict cõtre Amours, est en possessiõ de prãdre les fruictz & le reuenu de la rãte nõ amortie:cest assauoir de troys annees lune. Or disoit ledict demandeur,que ledict deffendeur sans licẽce Damours,ne auoir sur se amortissement,auoit faict ung contraict par maniere de fondation auec une religieuse:par laquelle elle estoit tenue de prier pour luy,& de dire aussy certaines oraysons.

HOC *in missa esse non poterit.*Nam *nõ potest sacerdos ad certi cuiuspiã diui missam per annũ celebrandã artari,cum nec propter has peculiares missas feriarum sacra debeãt obmitti.c.quidã.de cel.mis.quod ibi* Pan*.intelligit ubi solus sacerdos esset.ar.c.significatum.de præb.ubi idem ij.not.*Quæ *missæ peculiares diebus solẽnibus non ita publice decãtandæ sunt,ut populus à solẽnibus auocetur. c.& hoc.de cõs.dist.j.*Nec *patronus celebrãdi aliquẽ modũ præscribere potest, hoc uerò decernere ad superiorẽ spectat.*Pan*.in d.c.significatũ.*Verũ *illicita est beneficij institutio in qua sacrificulus dictim cogitur sacra facere:quòd si contigerit interpretationẽ recipit ut eò frequẽtius poßit,quãto salua honestate, & debita religione ac deuotione id poßit,& ualeat.*Panor*.ubi supra.*Et *ædes sacra ab alio erecta,aut dotata ad episcopi cõsecrationẽ, & ordinationẽ pertinet.c.ij.x. q.j.in quo* Ioan*.& c.meminerint.ead.c.& q.*Non *etiam is erector in episcopi* Missa.

præiudicium aliter disponere potest, atque in alium confirmationes transferre. Pan. in c. cum dilectus. col. ij. de cõsue. Sicuti & priuatorum pactis forma iuris fiscalis non cõuellitur. l. inter debitorẽ. ff. de pact. l. ij. C. sine cen. uel reliq. Priuata etenim dispositio testatoris generalem constitutionẽ canonis immutare nõ potest. c. requisisti. c. tua. de test. Nemo etiam cauere potest, quin leges in testamento locum habeant. l. nemo. ff. de leg. j. Et est absurdum edicti perpetui negligi formã. l. ij. C. de cond. inser. Ius itaq; publicum quis remittere non potest: nec huiusmodi cautionibus mutari forma antiquitus constituta. l. quidam decedens. ff. de admi. tuto. Quando tamen quis id possit, uide Ber. Pan. in c. si diligenti. de for. comp. Nec priuatorum pactis ius publicum mutari potest. l. ius publicum. ff. de pact. l. nec ex prætorio. l. neq; pignus. ff. de reg. iur. d. c. si diligenti. Priuatorum cautione legibus non est refragandum. l. quod de bonis. §. j. ff. ad leg. Falc. l. fi. ff. de suis & leg. hæred. Et pacta quæ contra leges constitutionesq;, uel contra bonos mores fiunt, nullam habere uim indubitati iuris est. l. pacta quæ. C. de pactis. l. iurisgentium. §. pacta. l. contra. C. eodem.

Priuatorum pacta iuri publico non derogant.

Et aussi en ce faisant ledict amoureux la debuoit fournir de soye, & de plusieurs aultres menues baguettes.

Simonia.

DARE *quid temporale pro spirituali, simonia est. c. j. & toto tit. de simo. quæ hic committi uidebitur. Quidam tamen in contrarium arbitrantur: cum hæc onera in pactum deduci possint. c. significasti. de elect. & sic modus spiritualis quod inficiatur Pan. quamuis modus spiritualis, cum id quod tradatur temporale sit: secus si beneficium spirituale daretur sub conditione diuinorum celebrandorum. Idem in c. significatum. de præb. quo in c. ad effugandam simoniam onera apponenda rei dicit, quòd res cum oneribus transeat. O quæ uafricia, ut putet hi nostri sacrorum canonum interpretes his formulis deum circunscribi, & eludi, ut à simonia cadamus: & ut ad rem diuertam, simonia interueniens in contractu, ipso iure hunc uitiat. Pan. in d. c. constitutus. Potest tamen sacerdos ad septennium usq; operas locare. Io. in c. fin. xxj. q. ij. quod in extraneo. Pan. in c. sua. de simo. & in c. j. de sepul. restrinxit, non ut directe pro spiritualibus tẽporale recipiat, uerum ut in cõpensationem damnorũ quæ sustinuit in exhibẽdo impensam suam, & operam in spiritualibus moram trahendo impendendis. Iustum nempe est, & rationi consentaneum ut illi consequatur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur officium. c. charitatem. xij. q. ij. Quum qui altari seruiat, ex illo uiuere debeat. c. cum secundum. de præb. Et hoc sentit Ber. & Pan. in d. c. significatum. si nõ habeat beneficiũ sibiipsi condignũ. Imò & pacisci potest pauper, ut pro spirituali obsequio, tẽporale recipiat. Omnisq; Christianus ad missarũ solẽnia quid offerre debet. Dicit enim Deus: Nõ apparebis in cõspectu meo uacuus.*

cuus.c.omnis Christianus.de conf.dist.j.Acc.in l.ex hoc iure.ff.de iust.& iur.

Moyennāt lesquelles icelle religieuse luy debuoit enuoyer, pour souuenāce tous les moys de lā, certaines bourses faictes a sa deuise. Et pource reqroit le pcureur Damours demādeur, q ledict amāt deffendeur fust condēne a rādre, & luy bailler de troys bourses lune, selon les ordōnances. Et quil fust enioinct audict deffendeur, de prēdre amortissemēt desdictes amours de ladicte rāte, ou de en uuyder ses mains. ¶De la partie du ql amoureux deffendeur fust deffendu au cōtraire. Et disoit que luy considerant, que en amours ya tresgrande poine.

AMORIS ærumnas luemq; uno in loco ex plurium autorum testimonijs describere longum foret, ac forsan lectori nauseam moueret. Hic uerò ex poëtis tantum, non etiam recentioribus, & à Plauto quod magis ad uiuum, plurimisq; uerbis id expresserit, è Cistellaria, & cæteris comœdijs incipiēdum erit: Amoris pœna.

Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum,
Hanc de me coniecturam domi facio, ne foris quæram.
Qui omnes homines supero, atque antideo cruciabilitatibus,
Iactor, crucior, agitor, stimulor, uersor in amoris rota miser.
Exanimor, feror, differor, distrahor, deripior, ita
Nullam mentem animi habeo, ubi sum, ibi non sum, ubi non sum, ibi est animus.
Ita mihi ingenia sunt, quod lubet, non lubet iam id continuo.
Ita me amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit,
Raptat, retinet, iactat, largitur, quod dat, non dat, eludit?
Modo quod suasit, dissuadet, quod dissuasit, id ostentat.
Maritumis moribus mecum experitur, ita meum
Frangit amantem animum. In Mercatore:
Nam amorem hæc cuncta uitia sectari solent:
Cura, ægritudo, dolor, nimiaq; elegantia.
Hæc non illum modo qui amat, sed quenq; attigit,
Magno atque solido mulctat infortunio.
Nec pol profecto quisquam sine grandi malo.
Præterquàm res patitur studet elegantiæ.
Sed amori accedunt uitia ultra hæc, quæ diximus,
Insomnia, ærumna, error, & terror, & fuga,
Ineptia, stultitiaq; adeo & temeritas,
Incogitantia, excors immodestia.

Petulantia, cupiditas, & maleuolentia.
Inhæret etiam auiditas, desidia, iniuria,
Inopia, contumelia, & dispendium,
Multiloquium, pauciloquium. In persa:
Nam cum leone, & cum excetra, cum ceruo, cum apro ætolico,
Cum auibus stymphalicis, cum Antæo deluctari mauelim,
Quàm cum amore. Et in eadem alibi:
Miser est qui amat. In Asinaria: Ut miser est homo qui amat. In truculento:
Quot amans exemplis ludificetur, quot modis pereat.
Quotq; exoretur exorabilis, quot illic blanditiæ, quot illic
Iracundiæ sunt, quot sunt perclamanda. Et eiusdem poëseos Terentius:
Di boni quod hoc morbi est? adeon' homines immutarier
Ex amore, ut non cognoscas eundem esse. hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis seuerus quisquam, nec magis cõtinẽs. Ouidiana Cydippe:
Ipsa uelut nauis iactor quam certus in altum
Propellit, Boreas, æstus & unda refert. In ij. De arte:
–Plus est quod lædit amantes
Proponant animo multa ferenda suo.
Quot lepores in Atho, quot apes nascuntur in Hybla,
Cerula quot baccas. Pallados arbor habet,
Littore quot conchæ, tot sunt in amore dolores
Quæ patimur, multo spicula felle madent. Horatius satyra.ix.
Difficiles aditus primos habet, haud mihi deero.
Muneribus seruos corrumpam, non hodie si
Exclusus fuero, desistant, tempora quæram
Occurram in triuijs, deducam, uel sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

His omnibus multo maiorem pœnam doctissimus uates in vj. paucis exprimit, dum amantium curas nedum in morte ut cæteræ extingui ostendit:
Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem
Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit
Secreti cælant calles, & myrtea circum
Sylua tegit, curæ non ipsa in morte relinquunt.

Ab amore resilire difficile.

Car ceulx qui si mettẽt ne sont pas aulcunes foys maistres de eulx en oster: quand bon leur semble.
Resilire ab amore perdifficile est. Lucretius. lib. iiij.

Sed fugi

Sed fugitare licet simulacra, & papula amoris
Absterrere sibi, atq; aliò conuertere mentem,
Et iacere humorem coniectum in corpora queq;
Nec retinere semel conuersum unius amorem,
Nec seruare sibi curam, certumq; dolorem.
Vlcus enim uiuescit, & inueterascit alendo.
Inq; dies gliscit furor, atq; ærumna grauescit.
Si non prima nouis conturbes uulnera plagis
Volgiuagaq; uagus Venere ante recentia cures.
Aut alio poßis animi traducere motus.
Nec Veneris fructu caret is qui uitat amorem
Sed potius quæ sunt sine pœna commoda sumit.
Nam certa & pura est sanis magis inde uoluptas. *Plura apud eum uidere est.*

Et mesmemẽt affin que Amours luy aydast en tous ses affaires & besongnes : Il estoit bien uray urayement, que pour les grands biens quil auoit aperceu en une religieuse de son accointance. Il luy auoit prie & requis, que toutes & quantes foys elle se trouueroit a matines, & len commenceroit a chanter (Te deum laudamus,) quelle dist lors ung (De profundis) pour lame de luy, ce que elle luy auoit accorde.

QVANTO *digniores fuerint, tanto facilius in neceßitatibus pro quibus clamant exaudiuntur. c. episcopi. j. q. j. Pan. in c. extirpandæ. §. qui uero. coll. ij. in repe. de præb. At econtrario orationes impiorum deus nõ exaudiet. c. scriptũ. xiiij. q. v. Nec tam fidelibus de solicita quantuncuq; intentione fidendũ, quàm de instantia orationis humilis, & deuotæ sperandum. c. ubi periculum. §. quia uero. de elect. in vj. Iacobus. c. v. Multum enim ualet deprecatio iusti aßidua. Helias homo iustus erat simul nobis paßibilis, & orationẽ orauit, ut nõ plueret super terrã, & nõ pluit annos tres, & menses sex: & rursum orauit, & cœlũ dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Homerus cuius uerba Plato in sua rep. transcripsit, & Latina fecit Marsilius Ficinus: Hæc:* *Oratiões bo norũ ꝓsunt.*

Sunt faciles superi, precibus flectuntur: & ijdem
Sacrorum nidore pio placantur, & ipsis
Nimirum uotis hominum quæ si quis in illos
Errarit, ueniam rogitans concepit in aris. *Vult enim deprecari deus quod demonstrat Minerua apud Ouidium in v. Fastorum:*
Nos quoq; tangit honos festis gaudemus & aris.
Turbaq; cœlestes ambitiosa sumus,

Sæpe deos aliquis peccando fecit iniquos.
Et pro delictis hostia blanda fuit.
Sæpe Iouem uidi, cum iam sua mittere uellet
Fulmina, thure dato sustinuisse manum.

Et aussi pour la recompensation de la poine icelluy amãt luy auoit promis denuoyer de la soye, de lor de chippre pour soy esbatre a faire de belles bourses, & des sursainctes, & des cordelieres, & seroit tenue a en bailler de trois lune.

Cõtractus secundũ mẽtionem contrahentium interpretari.

HIC *poterit dubitari quis contractus sit, quidam cõtractum innominatum arbitrabuntur, nõ locationẽ, cũ res data propter operas (quamuis hæ possint locari. l. qui operas. ff. loca.) nõ sit pecunia l. naturalis. §. at cũ do. ff. de præs. uer. ubi* Bar. *&* Paul. *l. si merces. §. uis maior. in qua* Bar. *in fine et* Paul. *ff. loc.* Acc. *in l. ædem. si olei. C. eo. arg. l. j. §. si quis seruũ. ubi* Paul. *ff. depo.* Poterit *tamẽ ex aliquibus aresti uerbis maxime per hæc (pension uiagiere) & per hæc (tam tenu tam poyc) locatio iudicari. Cũ debeant præterea interpretari cõtractus nõ secũdum summã uocũ significationẽ, sed iuxta ipsius cõuentionis naturam, c. cõstitutus. ubi* Pan. *de rel. dom. ubi licet emphyteosis fiat mẽtio nõ idcirco emphyteoticus, uerum censualis contractus est. simile in c. illo uos, de pig. ubi idem* Pan. *in quo tametsi emptionis, & uenditionis mentio habeatur, tamen propter pacta ibi apposita, quæ magis pignori cõueniunt pignoratitius contractus censetur.* Bart. Paul. *in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de pub.* Pan. *in c. ad nostram. de empt.* Pretiũ *etiã discernit emptionẽ à cõductione,* Accur. *in l. j. ff. de superfi. l. si uno. in qua* Bar. *ff. loc. ubi donatio uerbum transactio interpretatur. & in simili dicit* Bar. *in d. §. uis. Quod si fundus sub mercede certa nõ in pecunia concedatur, est contractus innominatus qui similis est locationi. nec si uerbũ locaui poneretur in libello illũ uitiaret.* Nonnũquam *etiam depositũ regitur secundũ mutui naturam* Bar. *in l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. & ij contractus iudicandi sunt secundũ formulã conuentionũ innominatorũ quibus assimulantur. l. eum qui. §. si rem. ff. cõmu. diui. d. §. si quis seruũ. l. si gratuitã. §. j. l. si rem. ff. de præ. uer.* Bar. *in l. si pecuniam. col. ij. ff. de cõd. cau. da.* Bar. *in l. cum proponas. C. de dol. & in l. j. §. diuus. col. ij. ff. de uar. & extr. Verba insuper cum effectu accipienda sunt.* Paul. *in §. fi. legis. j. ff. quod quis. iur.* Ioan. *in c. ij. xxxiij. q. j.* Et *etiam interpretanda secundum usum uulgarium,* Panor. *in c. capellanus. de fer. & in c. ij. col. iiij. de trans. epis.* Quidam *hæc extra rem esse arbitrabuntur.*

Verba cum effectu accipienda.

Or disoit ledict deffendeur, que ꝓpremẽt ce ne estoit point acquisition perpetuelle; mais estoit seullemẽt une pẽsion uiagiere

gière faicte de la uolente & union des deux cueurs. Par quoy ny failloit nul amortissemẽt. Car il ny auoit point dobligatiõ.

VIX *erit quin in hac nostra specie obligatio sit: saltem consensu. praesertim per uerba.* De la uoulente, & union des deux cueurs. *Cũ etiã nudus consensus sufficiat obligationi, sed & nutu plerunq; cõsistũt obligatiões, l. obligamur. ff. de act. & obl. & nõ tantũ uerbis, q̃ cõsensu cõfirmatur contractus. l. si stipuler. in fine. ff. de uer. obl. saltẽ hic erit obligatio pacto nudo ue, ita.* Obligatio.

Ne constitution de rente.

CANONIS *annuĩ duo sunt contractus, unus emphyteosis, alter uero census. Est autem emphyteosis cum quis agrũ ab aliquo etiam collegio, aut uniuersitate in perpetuum sub annua certa pensione colendum acceperit: à quibus aut ab his, qui in eorũ locum quoquomodo successerint auferre quoad penderint non licet. l. j. ff. si ager uect. §. adeo. Inst. de loca. de qua antiquitus dubitatũ est, esset ne emptio, an locatio? donec à Zenone imperatore praecisum sit. in l. j. C. de iur. emph. d. §. adeo. Quae iure ciuili introducta est. Accur. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. in cuius contractu non transfertur directũ dominium. d. l. j. Pan. in c. potuit. de loc. Non tamẽ usquequaq; uera arbitror, quae & Bar. in d. l. j. C. eo. et Pan. in d. c. potuit. in fi. asseruerũt, scilicet ut si in principio certa summa detur, pro quo quid certũ annuatim luatur emphyteosis sit. Nam id magis ad naturam cõtractus censualis attinet, quàm ad emphyteosim. Nam haec proprie non nisi in agris iuxta uocis interpretationẽ cõsistere potest, arg. etiã rubricae ad legem, et legis ad rubricã. ff. si ager uect. qua in rubricã & in l. sciendũ. §. j. ff. qui satis. cogan. solum quod sciam in totis pandectis illius uocis mentio habita est. Dicta nempe emphyteosis est ab* ἐμφυτεύω *quod insero siue planto.* φυτόν *enim planta est, &* φυτεία *plantatio, & meliorationes* ἐμπονήματα, *id est laboramenta l. ij. & fin. C. eo. arg. etiam l. j. de mancip. & col. lib. xj. in emphyteosim autem tantum sterilia dabantur, ut quis sua industria & labore meliora, & fertiliora redderet. Hodie etiam fructuosa dantur. Accur. in d. l. fi. & in §. adeo. & uocatur emphyteosis multis noĩbus secundum diuersarum regionũ idiomata. Quidã enim precariam, alij littellũ, multi ad firmã. c. ex literis. ubi Ber. de iur. patr. Bar. in d. l. j. Et haec cõuentio in scriptis celebrari debet. l. j. & arg. l. fi. C. eo. ubi emphyteota emponemata uẽdere nõ poterit, et si actũ, nisi id scriptura probet. quis Acc. in d. l. j. legẽ ad id nõ artare dicat, quẽ sequitur Bar. ibi et Pan. in d. c. potuit. Contra quos caeteri aduersantur, & uerius, propter infirmitatẽ memoriae. Ang. Are. in d. §. adeo. Quod aũt soluitur pẽsio uocitatur, & canon. aut. si quas. perpetua. qui rẽ. C. de sacr. eccl. c. ea enim. §. qui rem. x. q. ij. l. ij. fi. C. eo. d. §. adeo. & uectigal. dd. ll. j. ff. si ager. sciendũ. §. j. proprie tamẽ emphyteosis pensio est.*

Paul.in d.l.j.§.j.ff.de pub.Panor.in c.constitutus.de relig.domib. Quae modica esse debet, & magis in dominij recognitionem, quàm in fructuum recompensationem. Ideo licet pereat pars, uel plus, non fit remissio, quum quod reliquum superest, ad canonem sufficiat.l.j.ubi Bart.C.eod.idem cum Paul.in d.auten.perpetua. Quae potest esse in una specie. Ang.Areti.in d.§.adeo. Nonnunquam tamen haec uocabula confunduntur.d.c.constitutus. Et cum una pensio pluribus rebus constituitur, uidetur in singulas res distributa. Pan.in d.c.potuit.col.iij. In quibus autem differat emptio, uel locatio ab emphyteosi, Acc.in d.l.fi.C.eo. & in d.§.adeo. In censuali uerò contractu dominium directum, ac utile in recipientem transfertur: & quid certum annuum in signum seruitutis soluitur, quod census nuncupatur.Bar.Paul.in d.l.j.§.j.ff.de pub.Pan.in c.j.de rest.in integ. & in quibus differat ab emphyteosi, ibi per eosdem: per Panor.in d.c.constitutus.

Sinon tant tenu, tant poye.

Cōductor autoritate domini an expelli possit.

IN urbanis praedijs prout quisque habitauerit, ita obligatur, nisi in scriptis praescriptum conductionis tempus sit.l.item quaeritur.§.fin.ff.loc. Quid autem importent haec uerba: uide ibi per Bart.post Accur. Potest & conductor propria autoritate propter non solutam pensionem à domino expelli.l.penul.ff.eod. arg.l.si in lege.§.colonus.ff.eod.& l.iij.C.eod.etiam si de non expellendo pactum sit.l.quaero.§.inter.ff.eo. Panor.in c.quemadmodum.§.illud.col.j.de iur. Qua in specie debet expectari per biennium. arg.l.cum domini.ff.eod. Item si in maius tempus conductum sit.Accur.Bart.in d.§.inter alia.in l.iij.C.eo. Idem cum Bart.Paul.in l.uectigalia.§.fi.ff.de pub.Bar.in d.l.cum domini. Paul.in d.§.inter. Quod idem in publicano non expleto tempore est.d.l.uectigalia.§.fin. poterit tamen conductor appellare, uel cōtradicere, si iustam causam alleget quare non soluit.Paul.in d.l.cum domini.& à deiecto potest peti pensio debita, & non soluta.Bar.Paul.in d.l.penul. Frangenti quippe fidem, eadem nec seruanda est.l.si instituta.ff.de inoffic.test.l.cum proponas.C.de pact.l.si diuersa.l.siue apud.C.de transac. Frustra quis sibi fidem postulat ab eo seruari, cui fidem à se praestitam seruare recusat.c.frustra.de reg.iur.in vj. Et promittens seruare contractum, idq; iurans, intelligitur si alter obseruauerit.Panor.in d.c.quemadmodum. Est enim graue fidem fallere.l.j.ff.de const.pec. Plautus in Mostellaria: Fides seruanda est, ne ire inficias postules. Idem in Rudente: Te hic fide leonia uti non potest seruanda fides. Et quanta mala subsequantur ex fide destituta, Lucanus in v.expressit:

Fidem frangēti fides frāgatur eidem.

Sic eat ô superi, quando pietasq; fidesq;
Destituunt, moresq; malos sperare relictum est.

Et fide nihil maius in hominibus esse, Dionysius Halicarnaseus lib.ij.scribit.

Et si

Et si seruanda est ab hominibus magna adeo res, & perpulchra ab imperatore seruari, Xenophōte in Aegesilai laudibus inquiente, bene à Græcis de infido dictum est, ἄπιςος ἄφιλος. id est, amico caret infidelis. Est nanq; fides hosti seruanda. c. noli. xxiij. q. j. ubi Io. Ber. & Pan. in c. peruenit. ij. de iur. Bar. in l. cō uentionum. ff. de pact. hæc nō habere locum inter priuatos hostes dicit, qua opinione Vldaricus Zasius multis in Ecciū supradicta calumniatus est. Verū quod hosti seruanda sit fides, multi nos docuerunt. Cicero. in iij. Offici. Est autem ius bellicum, fidesq; iurisiurandi hosti seruanda. Erycratides Anaxandride percunctante (ut autor est Plutarchus in apoph.) quare de ephororū cōtractibus quotidie iura redderentur, uti inquit inter hostes fidem quoq; mutuam habeamus, quam necessario seruādam Iosephus lib. xv. c. v. Antiqui. iudaicarum scribit. Et ut ad exempla descendamus. M. Regulus Cicerone in Catone maiore, & diuo Aurelio Augustino lib. j. c. xv. de ciui. dei, autoribus, ad suppliciū est profectus, ut fidem hosti datam conseruaret, etiam perfido ut ait Silius: Qui longū semper fama gliscente per æuum Infidis seruasse fidem memorabere Pœnis. Liuius refert decem captiuos Roman. ab Annibale missos, pro redemptione cæterorū captiuorum, & nullum aliud pignus ab ijs quàm fidei acceptum, & hoc iureiurādo adacti. Ex quorum unus exsoluendi sacramenti causa postea quàm è castris exiuit, uelut aliquid oblitus castra reuersus est, & comites assequutus, actaq; legatione ad Annibalem reuersi sunt omnes, præter hunc, qui domi mansit, quod ubi senatus resciuit, comprehensus & custodibus publice datus ad Annibalē deductus est. Sunt enim infideles qui sub piscibus nascuntur, ut attestatur. M. Manlius in ij. Fidei laudes diuus Io. Chryso. in sermone de fide Abraham. Et Saxus uno uulgari capitulo explicuit.

Hosti fides seruāda est.

Et que chascune desdictes parties estoit en son entier pour nen retenir riens se bon luy sembloit.

HIS uerbis contractus innominatus censendus erit, in quo locus pœnitētiæ est. l. si pecuniā. ff. de cond. cau. da. Quod quonam modo intelligatur satis sit te illuc ad Bar. & Paul. remisisse: ille in l. j. §. diuus. ff. de uar. & extr. cog. Nihil præterea tam naturale est, q̄ eodē genere quodq; dissoluere, quo colligatum est. ideo uerborū obligatio cōtrario consensu dissoluitur. l. nihil. l. fere. ff. de reg. iu. Et hæ obligationes quæ cōsensu cōtrahuntur, cōtraria uolūtate dissoluūtur. l. fi. Inst. qui. mod. tol. obl. l. ab emptiōe. ff. de pact. l. q̄uis saltus. ff. de acq. pos. l. put quisq;. ff. de sol. l. j. C. q̄n lice. ab emp. qđ etiā in donatiōe est. l. si eaq;. C. de don.

In cōtractibus innominatis locus ē pœnitentiæ.

Obligatio cō trario cōsensu dissoluitur

Et disoit oultre que ueu que la dessusdicte fondation estoit faicte pour le salut de lame & pour cōuertir en piteux usages le dessusdict procureur Damours nen doibt riens auoir, ne de-

mander. Et par ses moyens concluoit affin dabsolution. Sur quoy finablement parties ouyes elles furent appoinctees en droict. Et despuis lesdictz cōseilliers du tresor par leur sentēce condēnerent ledict amoureux deffendeur a faire amortir a ses despens la dicte rante. Et auecques ce ordōnerēt & appointerēt, quil seroit tenu & oblige, de bailler des trois bourses lune. Et pareillement la tierce partie des cordelieres, soursainctes, & boucquetz, & aultres choses q̄ icelle religieuse luy enuoyroit, iusques a ce que la dicte fondation fut deuement amortie. De la q̄lle sentēce cest tenu pour greue, & en a appelle en la court de ceans, ou ledict ꝓces a este receu pour iuger. ¶ Si a la court ueu icelluy proces, & tout ce quil falloit uoir en ceste matiere a grande & meure deliberatiō. Et tout ueu dict quil a este mal iuge par lesdictz cōseilliers, & bien appelle par lappellant. Et en amandant le iugement la court labsoult des impetitions & demandes a luy faictes par ledict procureur Damours. Et ordonne que les bourses sursainctes, cordelieres, & biens quil auoit este contrainct de cōsigner en main de iustice luy seront rendus, & mis a plaine deliurance.

LE HVITIEME AREST.

PAr uertu de certaines letres de chācelerie Damours ung amant ia pieca fist mettre ung beau cordon tout plain de fleurs en main sequestre.

Sequestrum. SEQVESTRVM. *A.Gellius lib.xx.c.fi.sculnam uulgo dici ait, quasi sequulnam, quod qui elegantius loquutur sequestrem appellant, utrūq; uocabulū à sequēdo factū est, quod eius ꝗ electus sit utraq; pars fidē sequatur, quod apud sequestrē depositū erat. Sequestro positū per aduerbiū dicebatur.* Cato in Ptolomeo: *Per deum immortalē nolite uos sequestro ponere. Sequestres, ut* Pedianus *ij.in* Verrem *actione uoluit, sunt apud quos pecunia deponitur. Quid sit. l.proprie. l.licet. ff.depos. l.sequester. ff.de uerb.sig.* Generaliter uno *solum. l.j.* C. *de probi.seq. argumento omnes legulei recentes sequestrationē prohibent. quæ lex id ita in genere non uult, sed tantum in pecunia ex cōtractu debita, quam ad numeratam solum, nō etiam ad res referendam existimo, cū nullibi hoc generatim prohibitum sit, id tantum ausi solo potius tituli & generalis pecuniæ significationis argumēto, ꝗ germani ad illā l.intellectus. At cōtra ipse potius in omnibus permißam*

permissam (nisi ubi prohibita sit) quàm generaliter prohibitã (nisi ubi permißa sit) dicerim. Et sunt conceßi ex illorũ opinione plures de quibus per Accur. in d. l. unic. & in l. si fideiußor. §. fin. ff. qui satisd. cog. Ber. in c. ij. de seq. poß. ubi Pan. Plures sunt propter quos iure hic facta sit sequestratio. Potest enim qui rẽ apud aliquem deprehenderit arestare (ut ita loquar) facere, & eandẽ sequestrare. Paul. in d. §. fi. Erat insuper is actor forsan malis moribus, gloriosus quidem amoris miles, & ut protulit Plautus in Milite glorioso plenus periurij, atq; adulterij. Ait sese omnes mulieres sectarier. §. fi. inst. de sus. tuto. fraudulenta etiã, & callida conuersatio, & paruæ facultates, quod forsitan omnẽ ferme, aut maiorem in amorem decoxerat substantiã. arg. l. si uero. §. adolescens. ff. mand. l. si qs cum. ff. pro derel. eum suspectum cõmendabant. l. si creditores. ff. de priu. cred. Accur. in d. §. fi. Propter quam suspitionẽ res sequestrãtur. d. §. fi. Pan. in d. c. ij. Propter dilapidationem id etiam fit, quod bonis careat, maxime mobilibus. l. sciẽdum. ff. qui satisd. cog. Aut etiam propter corollæ in alterius odiũ solutionẽ, atq; discerptionem. l. si cum dotem. §. si uero. ff. sol. mat. l. imperatores. ubi Accur. & Bar. ff. de appel. l. ab executore. C. quo. app. l. cum agnatos. C. de capt. d. c. ij. & fi. Quando quis dicatur dilapidare uide illic per Pan.

Et disoit pour soubstenir sa main mise, q̃ sa dame luy auoit donne ledict cordon pour le mettre a son chappeau affin quil eust souuenãce delle, & ung iour a une feste en ostant son chappeau de sa teste le dict cordon eschappa, & le perdit.

Quid de re inuenta faciendum.

R E M *uero inuentam nõ restituens furtum facit. c. si quid. xiiij. q. v. Libellũ enim proponere debet cõtinentẽ inuenisse se, & redditurũ ei qui desiderauerit, l. falsus. § qui alienum. ff. de furt. Pan. in c. dudum. ij. de elect. Non inuento uero post exactam diligentiam domino, pauperibus erogare debet. argu. aut omnes peregrini. C. com. de succeß. Barto. in d. §. qui alienum. Poterit tamen pauper inuentor ut sibijpsi consulat, primo ob charitatem bene ordinatam elargiri eleemosynam. Ang. in §. fi. Inst. de rer. diuis. Consueuerũt qui rem aliquam perdiderint præmium rem indicantibus nunciare, quod Græci* μήνυτρα. *dicũt d. l. falsus.*

Indicium.

Vlpianus tamen illius capitis autor indiciũ in l. idem. §. fi. ff. de cõd. ob tur. cau. dicit, & Apuleius Madaurensis lib. vij. Asini aurei indicinã uocat. Quod quidẽ premiũ inuentor cõsequetur, si ante rem inuẽtam renunciatũ sit, secus si iam reperta. Bar. in d. §. qui alienum. Ang. Aret. ubi supra. Si uero pro re inuenienda quid expenderim, mihi ad illud actione negociorum gestorum teneris. Bart. ubi supra. Mosis lex est (ut Iosephus lib. iiij. c. vj. Ant. iud. ait) hac formula: Si quis autem aurũ, uel argẽtũ per uiam inuenerit, quærat eũ qui perdidit, præconemq; mittens, in quo loco id inuenit, restituatq;, & ex alieno dãno nõ bonã utilitatem

esse decernat. Similiter autem & de pecudibus quicunq; in deserto errare compererit, non inuento repente domino, apud se reseruet, testem habens deum in his quod noluit aliena lucrari. Qui rem deperditam inuenerit, & inficiatus sit, atq; peierauerit: conuictus uerò omnia quæ per fraudem uoluit obtinere integra, & quintam insuper partem domino rei reddet. Leuitici vj. c. Demonax philosophus (ut est apud Lucianum in eius laudibus) inuento annulo aureo, in foro schedulam proposuit, qua indicabat dominum annuli amißi ad eum uenire atq; hunc si illius pondus, gemmam, & typum recte demonstrasset, reciperet.

Dont il fut dolent. Et pource que despuis il la trouue es mains dung aultre amoureux deffendeur de sa partie aduerse, il la faict arrester: & concluoit tout pertinẽt en matiere darest, en requerant que le cordon luy fust restitue, & mis en plaine deliurãce. ¶ De la partie dudict deffendeur si fust deffendu au contraire. Et disoit quil estoit bien daccord auecques ledict demãdeur, que la dame dont estoit q̃stiõ le auoit faict de sa main, & que elle luy auoit dõne par grãde excellence de ioye. Mais iceluy demãdeur cõme ingrat, ne en auoit tenu compte: ainscoys pour certaines menues paroles que elle luy auoit dictes, en se iouant, & rigolãt: de ce quil mettoit la houpe dudict cordon trop sur le coste, cestuy amoureux demãdeur rẽply de ĩpatiẽce, auoit rẽdu & gecte par despit ledict cordõ a celle dame.

Pro derelicto. REIICIENDO *huiusmodi rem redonasse uidetur, aut rem pro derelicto habuisse, & sic dominus esse desijt. l. j. l. si id. ff. pro derel. l. quod seruus. ff. de stip. ser. l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt. §. hoc amplius. Inst. de rer. diui. præsertim si ab alio res possessa sit, ut à muliere hac. l. ij. ff. eo. Est enim quædam donatio res pro derelicto habita. d. l. quod seruus. Nec eius rei furtum fit. l. quemadmodum. §. j. ff. de nox. etiam si animum furandi habuerit. d. §. qui alienum. Io. in c. si quid. xiiij. q. v. Et desijt dominus illius rei esse, quod alteri oblatum sit. arg. l. nec utilem. ff. ex quib. cau. maio. Et quæsitum est dominium cui uolebat. Bart. Paul. in l. si ego. ff. de neg. gest. Hic in l. si quis. §. differentia. ff. de acquir. rer. do.*

Dominiũ nõ quæritur nuda traditiõe. *Nuda tamen traditione non transfertur dominium. l. nuda. ff. de acquir. rer. do. de dona. de contrahen. emp. Bart. in l. dotis. ff. de iur. dot.*

Et si a celle dame auoit eu droit, & dominatiõ: si sen estoit il departy, & nen pouoit plus rien demander. Mais debuoit encores selon les droictz Damours estre griefuemẽt pugny, ueu

que

que en ce faisant il estoit encouru en uoye dingratitude.

EST autem ingratitudo ubicunq; beneficij suscepti prorsum ulla, aut non satis digna refertur gratia. Nam, ut inquit lib. iij. circa principium, de Beneficijs Seneca: Ingratus est, qui dißimulat: ingratior, qui non reddit: ingratißimus omnium, qui oblitus est. Et inhumanum uitium est, de quo Pan. in c. fi. de dona. Et apud Scytharum gentem, alioquin feram, & barbaram, in ingratos actio constituta est: & Athenis, ut refert Val. Max. lib. v. recte quidem, ut ille ait: Quia dandi & accipiendi beneficij commertium, sine quo uix uita hominum extat, perdit & tollit quisquis benemerito parem referre gratiam negligit. Ad remunerandũ enim hos à quibus beneficia suscepimus, natura obligamur. Et est quoddam genus permutationis. l. sed & si. §. consuluit. ff. de peti. hæred. Bar. in proœ. fforum. coll. fi. c. cum in officijs. de test. Pan. in rub. & in c. per tuas. de don. & in c. cum creatura. de celeb. miss. arg. l. si pro patre. §. si domini. ff. de in rem uerso. l. si remunerandi. l. si uerò. ff. mand. Est enim obligatio ad antidora. Δῶρον enim muneris datio est, ut Victruuius lib. ij. c. iij. & Plinius lib. xxxv. inquiunt. Vnde antidorũ, remuneratio: & dorodocia, muneris corruptio, quæ sordes à nostris dicitur. Prohibitus enim donare, non propterea illi remuneratio denegatur. c. quicunq; suffragio. xij. q. ij. Pan. in d. c. per tuas. Et illa obligatio soluti repetitionem impedit. Acc. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Bart. Paul. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. ijdem in l. si testamẽto. §. j. ff. de fideiuss. Qua in specie recentes Iurisconsulti ad ea quæ natura à parentibus, atq; patrono debentur, magis ample supra uocis significatum dilatant. Quæ remuneratio non indiget insinuatione. Acc. Bar. Paul. in l. Aquilius. ff. de don. Pan. in d. rub. Reuocatur insuper donatio ob ingratitudinem. §. sciendum. Inst. de don. l. his solis. & fi. C. de reuoc. don. §. illud. in auten. ut lib. de cæt. coll. vj. c. fi. ubi Pan. coll. pen. de dona. si non remuneratoria sit quum ut iam dictum est, permutatio quædam sit. Acc. Paul. in l. si pater. §. fi. ff. de don. & hic in l. fi. C. de reuoc. don. Pan. in d. c. fi. coll. iij. in fi. Et clausula apposita in donatione ut non poßit propter ingratitudinem reuocari, non ualet. Paul. in l. fi. C. de pact. Propter id etiam feudum amittitur. tit. in quib. cau. feud. amit. §. j. §. prædictis. Quæ fuit pri. caus. benefi. amit. in usib. feud. Non tamen istud ius transit ad hæredem. arg. l. omnimodo. C. de inoffic. test. Verum quod maius est, ob id exhæredatur filius. §. j. & super his. in auten. de nup. coll. iiij. §. illud. in auten. ut cum de ap. cog. coll. viij. quod infortunium est parentibus. §. si quis. in auten. de nup. Est enim exhæredatio ingratitudinis pœna. Imò & omnes causæ propter quas, aut filius exhæredatur, uel uasallus beneficio priuatur, una ingratitudinis uoce denotantur. Filius præterea emancipatus propter id delictum, illo libertatis iure eximitur. l. uni. C. de ingr. lib. Et Ingratitudo.

propter illud legitimatus ad naturalitatem reuocatur. Ias. May. in d. l. ex hoc iure. & propter filij in patrem ingratitudinem, sibi denegantur alimenta. Accur. Bar. in l. fi. C. de al. lib. à pa. Verum etiam non tantũ propter in patronos ingratitudinem, liberti in seruitutem reuocantur l. ij. C. de lib. & eo. lib. §. illud. in auten. ut lib. de cæte. coll. vj. & hoc in Cod. Theodo. lib. iiij. tit. Libertus, qui liber nuper repertus est. c. episcopus qui. c. liberti. c. octaua. ubi Ioan. xij. q. ij. Et istud institutum Val. Max. lib. ij. Athenarum esse dicit, cuius formulam in hũc qui sequitur modum adijcit. Supersedeo te (inquit) habere ciuem tanti muneris impium æstimatorẽ, nec adduci possum, ut credã tibi utilẽ, quem domi scelestũ cerno: abi igitur & esto seruus, quoniã liber esse nescisti. Et idẽ apud Massilienses luebat, si ter manumissi essent, nec quarto errori subueniendũ putabãt. Cornelius Tacitus lib. xiij. temporibus Neronis in senatu de fraudibus libertorũ, conquestum, efflagitatumq́; ut aduersus male meritos reuocandæ libertatis, ius patronis daretur, memoriæ prodidit. Et Cornelius Nepos, Volsinios dicit, quum temere seruos manumisissent, & ab his oppressi essent à Romanis auxilium petijsse, à quibus missus Decius in seruitutem eos restituit: sed & hoc itaq; propter in patroni filios ingratitudinem licet. l. iij. C. de lib. & eo. lib. Et non solum ob id liberti, uerum & eorum filij. l. fi. ubi Acc. C. eo. Et non tantum patronis, sed filijs eorum hæredibus id permissum est. l. sciendum. ff. de uerb. sig. l. penul. C. de oper. lib. in qua accusatione poterit interuenire procurator. l. sed hæ. §. j. de procurat. l. per procuratorem. ff. de obseq. Bart. in l. pen. §. ad crimen. col. ij. ff. de pub. iud. Pan. in c. ueniens. coll. iij. de acc. Et exemptus propter ingratitudinem in pristinã subiectionem reuocari potest. Bal. in d. l. ij. C. de lib. & eo. Io. And. in sua Actionum arbore, ad hoc uitium ingrati actionis propriam formulam esse dicit. Nouũ quidem genus insiti à se inuentum, à nemine tamen præterquàm à seipso comestum. Ac nunc aliqua ex humanioribus literis subijciamus, & si satis huius criminis impietas longe lateq́; supra detecta sit. Verum usqueadeo immane crimen ingratitudo est, ut ampliores chartas nõ uereatur, sed nec ut optimus id refugere debeat lector. Lucius Annæus Seneca lib. j. de Beneficijs, statim à limine ex Homeri, Hesiodi, Chrysippi sententia, tres Charites esse ait: Iouis & Eurymones filias. Antimachus uerò, Solis. Clemens lib. x. Recognitionum, Iouis & Hermiones: nisi ibi malis legere Eurymones. Seruius in j. Aeneid. Veneris & Liberi, ipsiq́; Veneri dicatas: unde hæc Acidalia dicta est, à fonte Acidalio, in quo se Charites lauarent. Quarum maior natu, Aegle: media, Euphrosine: tertia, Thalia: quæ Homero musa est, sorores uirgines, ridentes, soluta ac perlucida ueste. Hac quidem ratione tres finxerũt, quòd una beneficium porrigat, altera accipiat, tertia reddat: in chorum consertas, quòd beneficium ad largientem reuerti debeat: ridentes,

Charites.

hilare

Sur quoy les parties ouyes elles ont este appointees a mettre par deuers la court, & au cõseil ce que bon leur sembleroit. Si a la court ueu ledict proces, & tout ce quil failloit ueoir en ceste matiere. Et tout ueu la court dict quil a este mal appelle par ladicte appellante & lamendera, la condamnant es despẽs de la cause dappel, la tauxation reseruee. Et ordõne la court q̃ la dicte dame, & sa chamberiere comparestroiẽt ceans en personne pour estre interrogue sur le dict cas, & ce faict la court pouruoyra sur tout, & fera droit aux parties ainsi quil appartiendra par raison.


N la court de ceans cest assis ung aultre proces entre une ieune dame appellãte dune part,& ung ieune amant intime daultre part.Et si disoit ladicte appellãte que cõme entiere & loyalle ou elle debuoit estre,elle auoit escõduit,ou deboute ledit intime. Toutesfoys affin quil nen fust mal cõtent,ou quil ne cuidast quil eust hayne a lencontre de luy faisoit tousiours ung cõmun acueil comme aux aultres. Or disoit elle que une iournee ainsi cõme elle, & daultres de ses uoysines iouent au propos il se uint seoir au pres delle,& aduint son tourt que ainsi quil parloit a elle a loreille pour luy dire son mot, & proposer dessus que icelluy gallan en haulsant la pate du chapperon la baisa tout a coup, du quel baiser ainsi prins demblee, & par trahyson ceste dame si a appelle & releue. Et pource concluoit tout pertinent,quil auoit este mal procede, & tresmal exploicte, par ledict amant, & bien appelle par elle ouffrãt prouuer, & demandoit despẽs. Et au surplus elle requeroit que il luy fust deffendu de plus ne luy toucher en quelque facon que ce fust.¶De la partie dudit amoureux intime fust deffendu au cõtraire.Et disoit que uoyrement se trouua assis auecques elle, & plusieurs aultres qui iouoient audictz propos, & fust uray que sapprochant uers elle pour luy dire le mot quil auoit pẽse son pied luy grila deuers elle, & aussi luy cuidant dire en loreille sa bouche froya ung peu contre sa ioue, mais cela ne doibt estre repute pour ung baiser. Car ce nestoit que ung glissement. Aussi nauoit il touche que contre la ioue,& loreille.Et ny auoit eu saueur,ne odeur quelconque. Ains encore luy rechigna elle cõme selle leust uoulu menger. Pour quoy de se plaindre auoit ladicte dame grãd tort.Et nestoit lappellation recepuable,ne ualable, ueu mesmement quil luy auoit faict aulcun grief. Et pource concluoit a ses fins, & quil fust dict quelle auoit mal appelle, offrant a prouuer,& demandoit despens. ¶Ceste appellante pour ses replicques disoit que par telz moyens prendre baiser

cest

ceſt larrecin publicque.

FVRTVM manifeſtum quid? in ll. furtorum. furti. manifeſtum. ff. de fur. §§. furtorum. nam conceptũ imo. Inſti. de obl. quæ ex delict. naſcun. uidere eſt. Furtum manifeſtum.

Et que len ne pourroit trop punir telz malfaicteurs, car ceſt a eulx trop entrepris. Et en peut uenir trop dinconueniens.

PROPTER oſculum quis dote priuari poſſet, ſecundum plurimorum ſententiam, quorum opiniones Io. à Ripa in rub. de iud. col. iij. refert, cuiuſqui- dem ſententiæ & ipſe eſt. Contrariæ tamen non deſunt aſſertores Iaſon & P. Decius, hanc rem minus ſuſpectam habentes quòd non uxorati fuerint, utpote etiam qui legitimi orti non ſint, at qui ex damnato coitu liberos ſuſceperint, quod nulla etiam lege caueatur. Quæ diuerſæ opiniones ſecundum eundem Ripam ex diuerſarum regionum moribus poſſunt cõcordari ut poſterior in Gallia ceu Germania uera ſit. Apud hos uero ut Eliſius Calentius ait: Propter oſculum quis priuatur dote.

Coniugis ante oculos ſtrictis è more lacertis
    Audet amatorem blanda tenere ſuum:
Et dare captatis, non oſcula pauca labellis,
    Pauca nec infeſtis dentibus accipere.
Nec timet obſcenas lateri committere palmas,
    Nec timet in mœchi læta ſedere ſinu.
Tanta fides homini eſt, non ultima fata petenti,
    Siue ſit illa fides, ſiue ſit ille furor.

Prior autem locum habet in Italia uel Hiſpania apud quos actum de mulieribus eſt, ubi baſiũ porrexerint, dicẽte Ouidio: Oſcula ſi dederis fiam manifeſtus amator. Et dicam mea ſunt inijciamq; manus. Italorũ tamẽ mulieres caſtiores ſunt minime, & ſi ſedulius eas obſeruẽt, ut nec cognatis, aut agnatis affinibuſ'ue illas credant. Ea enim eſt illius gentis ineffrenata libido, ut nullius neceſsitudinis, nedũ ſexus ratio habita ſit. licet inter tales perſonas naturale fœdus nihil pmittat ſæui criminis ſuſpicari. l. eius qui. C. de epi. & cler. c. cum in iuuentute. de præſump. c. penul. de coh. cle. & mul. Talis enim apud hos infanda luxuria uiget, qualis olim apud Perſas Agathyus lib. ij. belli Gothorum uiguiſſe deſcribit. De qua Paulus ad Romanos j. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem uſum, qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi in maſculos turpitudinem operantes, de hac Lactantius lib. vj. c. xxiij. Nil amplius iſtos appellare poſſum, quàm impios, & patricidas, quibus non ſufficit ſexus à deo datus, niſi & ſuum ſexum prophane ac petulanter illudant, hæc tamen apud illos & quaſi honeſta ſunt. Hæc ille de qua ſatis ſuperq; ſatis. Nam adeo fœdum peccatum, ut nec calamum mereatur nec chartas.

Et peult estre que ceulx qui les uoient ainsi prendre ne lo-
blioient pas ainsi de legier,& pensent a laduenture ce qui nest
pas.Et aussi quant les aultres a qui la chose touche le scauẽt,
il en prennent des merẽcolies & aussi des desplaisances beau-
cop.Et cuident souuent q̃ leurs dames par ce moien ayment
aultres que eulx,parquoy auoit appelle dudit baiser,lappella
tion estoit bien recepuable.Et ne ualloit rien de dire au con-
traire que cela ne luy porteroit point de preiudice.Car ce ne-
stoit pas son plaisir quil la baisast,ne touchast en aulcune ma-
niere, & concluoit comme dessus. ¶Mais ledit intime pour
ses duplicques disoyt que autant en portoit le uent, & que
nul ne pouoit scauoir quil leust baisee: car la patte du chappe
ron estoit au deuant. ¶Finablement les parties ouies elles on
estes appoinctees en droit,& au conseil.Si a la court ueu ledit
proces & ce quil falloit ueoir en ceste matiere.Et tout ueu la
court mect ceste appellation au neant sans amẽde ne despẽs.

In expensis quis ex causa non condem natur.

HABENS *iustam litigandi causam, si succumbat, ab expensis releuatur* §.*oportet.in aut.de iud.col.vj.in quo* Bar.*&* *in l.destitisse.ff.de iud. in l.pro-perandum.*§.*si autem.*C.*eodem.in l.prima.ff.de alienatione iudicij mutan. cau-sa fact.in l.si quis inficiatus.ff.depositi.in l.si rem.*§.*fin.ff. de pignoratitia act. in l.qui solidum.*§.*etiam.ff.de leg.ij.in l.qui in alterius.ff.de reg.iur.ubi* Pau. Ang.Are.*in* §.*hæc autem.*Insti.*de pœn.teme.litig.* Ber.*in c.sacro.de sent.exc.* Pan.*in c.finem.col.v.de dol.& contu.* Quod *distinguit* Paul. *in d.*§. *etiam. si in tota lite iustam causam fouerit, aliâs si in parte, quia in ea condemnabitur dd. ll.destitisse.si quis inficiatus,in qua posteriore* Paul. Pan. *in d.c. finem.col.vij.* Propter *ignorantiam quis excusabitur.*Bar.*in aut.generaliter.*C.*de epi.& cle. si aliter probata sit, quàm per iuramentum* .Panor.*in d.c.finem.col.vij.*Habens *etiam communem doctorum, aut unius probabilem opinionem idem ubi supra col.vij.*Zab.*in clem.ne* Romani.*col.j.de elect.*Ang.Aret.*in d.*§.*hæc. col.ij.* Et *discipulus propter præceptoris opinionem.*Pan.*in c.j.col.vj.de postul. prælat. quam autem opinionem debeat sequi iudex* Bar.*in l.cum prolatis.ff.de re iudi. in l.fi.*C.*de pœn.iud.qui mal.*Pan.*in c.j.col.fi.de consti.in c.j.de re iud.col.iij. circa finẽ.in c.capellanus.de fer.*Alios *uide per* Ang.Aret. *in loco supra citato.* Hæc *uero tunc uera sunt, si expensæ ueniant officio iudicis mercenario, secus au tem si actione,*Accur.Bar.Paul.*in l.iij.*§.*j.ff.de leg.iij.hic.in d.*§.*si autem, nec*

etiam

etiam uerũ est in expẽsis promissiõis quod ueniant actione. Ang. Are. ubi supra. Nec ad has quæ ueniunt ratione contumaciæ. Pan. in d. c. finem. Si uero semiplene probet non euitabit. Anch. in c. j. col. fi. de elect. in vj. quod contrarium uidetur sentire Pan. in d. c. finem. col. vij. per c. mulieri. de iureiu. Quod uerum ait. Ang. Aret. loco superiori quando semiplena probatio aduersatur directe. Dicta enim interpretum tametsi non necessario ad litis decisionem sint, maximam tamẽ præsumptionem pro iure reddendo faciunt. Pan. in c. sicut. col. ij. de sentẽ. & re iud. Constitutione Caroli. viij. cautum est, uti uictus in interlocutionibus uictori condemnetur, non etiam in diffinitiua reseruentur. Quæ uero nõnulla ex supradictis paruæ quidem sunt autoritatis in Gallia, propter tot iuriscõsultorum perplexas sententias, plurimosq; sensus. Vix enim aliqua causa inueniri poterit, quin pars occumbens ab expensis alicuius opinione non releuetur. Tanta est interpretum inter se dissensio.

Et ordonne la court que doresnauant len ne iouera plus au dict ieu de propos, si non que Danger ou Chagrin soient entre deux & pour cause.

LE XXV. AREST.

CEANS cest plainct ung amoureux dune siene dame, disant que combien quil lait longuemẽt seruie. Et quelle ait peu aperceuoir sa bonne uolẽte neaumoins elle ne la uoulu aymer, ne prendre en grace, ains luy a ia respõdu par plusieurs foys q̃lle ne le ueult aymer plus luy, que ung aultre. Et quelle ne sera subiecte en Amours tãt q̃lle uiue affin ql se pouruoye allieurs, & ainsi se poure gallan a des maulx beaucop a souffrir. Car il a mis tout son cueur en elle, quil en uouldroit bien oster & retirer, mais il ne peult.

Amantis cor in alieno corpore est.

CATO Censorinus, ut scribit in illius uita Plutarchus, dicere consueuerat, animum eius qui amoribus teneretur, in alieno corpore uiuere. Hac enim ratione difficile erit cor eius ab amore uendicare, cum illud in potestate sua non sit.

Et pource requeroit quelle fust condãnee a le recepuoir en sa grace cõme son seruiteur & amy, ou aumoins quelle fist tãt ql ne luy souuenist plus delle, & ne luy en chaulsist point. ¶ Et sur ce a ladicte dame deffenderesse deffendu au cõtraire disant que au regard delle, pour obuier aux grãs maulx quelle ueoit tous les iours aduenir a ceulx & celles q sont au plaisir, & seruice damours elle ne ueult p̃sonne aymer, ne mettre son cueur

plus a lung q̃ a laultre. Car celles q le font se tiennẽt deceptes.

Amoris pœna. DIOGENES, *ut scribit* Laërtius *in eius uita, Cupidinem arcem omniũ malorum dicebat.* Et *eum* Seruius *in j.* Aeneid. *dum hæc interpretatur,* Ergo *his alligerum &c. hac ratione alatum depingi, quod amãtibus nil leuius, mutabilius inuenitur.* In *amore enim hæc sunt uitia, iniuria, suspitiones, inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rursum. Amorẽ sequitur pũctura pœnitẽtiæ, & dolor.* Seneca *lib. ij.* De *ira, amorem iracundos facere dicit.* Et *cũ in amore infinita mala sint: illud tamen miserrimũ, autore* Donato *in iiij.* Aenei. *quod negociorũ omnium obliuionẽ inducat.* Multa *in amorem* Cicero *lib. iiij. quæstio. tusculanarum. &* Philippus Beroaldus *in cupidine, &* Petrus Bembus *in j.* Asolanorum.

Et aduient uolẽtiers quelles en souffrent dopprobres, & en perdent leur bonne renommee dont aux gallans ne chault gaires, car ilz ne pensent que a leur singuliere uoulente.

Pudicitia dos præcipua mulierum. MVLIERVM *præcipua dos est pudicitia, quæ semel deperit.* Nec *ulla reparabilis arte est, ut inquit* Naso Læsa *pudicitia deperit illa semel, & alibi:*

-En digitis designor adultera uulgi.

Desit famosus qui notet ora pudor. Pacificus *in ij.* Lucretiæ:

-Sanat ferrum insanabile cancer. Sanari læsus non ualet arte pudor.

Andromachæ *apud* Vergilium *in iij.* Aenei. Polixenam *felicem ex hoc solo arbitratur, quod incorrupta fuerit, quamuis prima ætate, & in regia potestate constituta cesa sit, his uerbis:*

O felix una ante alias priameia uirgo
Hostilem *ad tumulum* Troiæ *sub mœnibus altis*
Iussa *mori, quæ sortitus non pertulit ullos*
Nec *uictoris heri tetigit captiua cubile.* Et *ut generalius cũ* Claudiano *dicam:*
Mori *satius quàm uitæ ferre pudorem est.*

Et leur semble que ce quilz songent leur doibt aduenir, dont il sont bien loing.

Somnia. MVLTOS *enim errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis,* Ecclesiastici. *c. xxxiiij.*

Et aussi pour faire tout uny nauoit ladicte dame intention daymer aulcun. Ains uouloit demourer en sa franchise, & le dict cõplaignant auoit mis si fort son cueur en elle quil ne len pouoit oster dont cestoit follye a luy, car il aymoit sans partie. Et quant est de requerir quil ne luy souuiengne plus delle, respondit la dicte dame, quelle ne le scauroit garder de penser a

elle

elle, se luy mesmes ne sen uouloit garder. Car elle nauoit pas la clef de son cueur. Aussi telz pẽsemens ne uiennent q̃ de folles uoulentes, qui souffoquent les cueurs des gẽs par trop legier croyre, & folle esperance en quoy len ne se doibt fier, mais entant quil luy touche ne luy souuient de luy q̃ de bien apoint.

SOMNIORVM species Macrobius lib. j. De somnio scipionis tam docte quàm eloquenter tractat, inter quas hanc his uerbis dicit esse. Est enim ἐνύπνιον, quoties cura oppreßi animi uel corporis siue fortunæ, qualis uigilantem fatigauerit, talem se ingerit dormienti. Animi, ut si amator delicijs suis aut fruentem se uideat, aut carentem. Pedacius Dioscorides lib. iij. c. cxlix. nymphee radicem contra ueneris in somnia bibi scribit, & hanc uim portulacam quam peplion uocant, Plinius lib. xx. habere dicit. Aristoteles lib. de insomnijs. & Cicero lib. j. De diuinatione somnia nonnunquam esse non uana docuerunt.

Amantium somnia.

Contra amãtium somnia.

Et disoit oultre que elle ne empeche en riens quil ne loste de lamour quil dict auoir en elle, ueu quil si abuseroit trop longuement. Si concluoit par ses moiens affin dabsolution, & demandoit despens. ¶ Et apres le procureur Damours qui touchant ceste matiere estoit adioinct auec ledict poure amant demandeur si disoit. Que une femme de quelque estat quelle soit selle nest une fois en sa uie amoureuse, & au seruice Damours, elle ne sera iamais bien uenue du monde. Ains doibt estre reputee tout son temps comme une beste morte.

EI QVI nihil amet, opus uita non est, quod Plautus in Persa affirmauit. Certo is quidem nihil est, qui nihil amat. Quid ei homini opus uita est.

Non dignus est uita qui nihil amat.

Qui na point dẽtẽdemẽt, car tous biẽs uiennent daymer.

HIC nonnulla de amicitiæ bonis afferamus. Cicero lib. j. De finibus bonorum: Omnium rerum, quas ad beatæ uiuendum sapientia comparatur, nil esse maius amicitia, nihil uberius, nihil iucũdius, neq; uero hoc oratiõe solũ, sed multomagis uita, & factis cõprobauit. Cãpanus De ingratitudine lib. iij. Quid (per deos immortaleis) amicitia melius? quid utilius, iucũdius, salutarius comparatur? Quintilianus declamator Pro filio cõtra matrẽ. Neq; enim reperio q̃d in rebus humanis excogitarit natura præstãtius amicitia, idẽ Pro meretrice cõtra iuuenẽ. Amoris (si sapientiæ sequamur autores) antiquißimum numen, & cui se naturæ debet æternitas. Lucianus in Toxari: Schytas gentem alioquin barbaram efferatißimamq; nihil melius amicitia arbitrari scribit, nullumq; apud eos maius probrum quàm amicitiæ desertionem: quamobrem Orestem & Pyladem ac deos

Amicitiæ bona.

ueneran tur, illisq; sacrificant. Darius apud Herodotũ lib. v. Histiæ dicit omnium possessionem preciosissimam esse uirum amicum, bene sentientem, & non parũ ab illa sententia deuertit Plutarchus in libro qui inscribitur. Quo pacto possit adulator &c. qui post laudatam amicitiam, amicum magis necessarium quàm ignem, sed nunc ad poetas nos cõuertamus. Ouidius lib. j. de ponto. Sed si modo uera fatemur. Vulgus amicitias utilitate probat. Propertius:
Omnes iam norunt, quàm sit amare bonum.

Elementa enim ligat amor. Martianus Capella lib. primo:

Semina qui arcanis stringens pugnantia uinclis
Complexuq; sacro dissona nexa foues.
Nanq; elementa ligas uicibus, mundumq; maritas,
Atq; auram mentis corporibus socias.
Fœdere complacito sub quo natura iugatur
Sexus concilians & sub amore fidem.

Plutarchus in uita Romuli ex philosophorum schola diffinit ministeriũ deorũ, ad curã, & cõsuetudinẽ iuuenũ hominibus exhibitũ, & ipsos deos absq; amore dissentire, qđ expressit Angerianus:

Omne olim (ut fertur) cœlum omne ruebat
Inter se superi dum fera bella gerunt,
Fortis erat Bromius thyrso, Mars ense, tridente
Neptunus, fortis submicat dextra Iouis.
Ac quin uisus amor ferit in fulgentibus armis,
Nec non accensa lampade pulchra Venus.
Priuatur thyrso Bromius, Mars ense: tridente
Neptunus, fortis fulmine dextra Iouis.

Idem:

In terris dum fulsit amor cessere tenebræ,
Et magni uisa est semita clara poli
Tum cessit torpedo grauis, cessitq; ueternum,
Pestis, & infelix grando, niuisq; furor.
Cesserunt Iouis horrendi uaga fulmina, cessit
Bellorum rabies, & necis atra manus,
Absit amor, surgunt tenebræ, torpedo, ueternum,
Pestes, grando, niuis, fulmina, bella, neces.

Stroza pater:

—Quid enim præstantius unquam.
Pacifico genius mitis amore tulit.
Ille decus cœli & superum inuida uoluptas.
Hoc absente Iouis regia tristis erit
Illius aduentu gaudent uolucresq; feræq;

Quicquid alit tellus æquora quicquid alunt.

Amorem pluribus uerbis Plato in Symposio Aristoteles lib. viij. ethico. Stephanus Niger Chria. iij. commendarunt. Marulus hymnum amori dicit. I. Aurelius, Augurellus lib. primo: Iambicorum car. xxij. & xxviij. Monsmoratanus sylua una Venerem sequendam esse, bella uero fugienda suadere conatur. Ludouicus etiam Cælius lib. ix. c. xxiiij. & sequenti laudauit amorem. Quæ omnia hic transferre longum esset: sufficiat uero lectori locum indicasse. E uulgaribus uero Martinus Francus in suo opere quod uulgo, Le champion des dames, intitulatur. Et Laurentius Medices rhythmice. Amare ut obiter dicã, Non. Marcello autore, & diligere inter se discrimen habent: quod amare uim maiorem habet, diligere uero leuius est. Aelius uero Donatus diligens scrutator differentiarum uocabulorum, in Andria amatorem fingere posse, amantem autẽ uere amare docet. Et illud exponens: Summum bonũ esse heræ putabam hunc Pamphilum amicum, amatorem, dicit: amicum animi esse, amatorem corporis. Et in Eunucho plures alias differentias elicit, ut amator sit, qui ad tempus, amicus uero qui perpetuo quem prosequatur. Amare. Diligere. Amator. Amans. Amicus.

Et quil soit uray len le peult ueoir par esperience, de celles qui ayment, car Damours uient ioye, plaisance, & desplaisance, aise, & desaise, de tous les biens du mõde. Ne naura iamais femme, ne homme qui soit amoureux disette de biens, car len a tousiours assez.

SPERNIT enim amator opes, & turpia. Stroza pater:
Hic pacis deus est, & amabilis optat amari
Spernit opes, odit turpia, pulchra cupit.
Amator spernit opes.

Et uault mieulx ung soubriz, ou ung petit genoil, ou quelque petit signe, que len gette lung a laultre, que auoir cent muidz de bled au grenier, car au moins telz biens Damours se peuuent diminuer, & si ne les fault point uanner pour les chardons. Et aussi len ueoit cõmunemẽt que une femme qui est amoureuse est tousiours ioieuse, ne ny a celluy qui ne tache a luy faire plaisir, & si sentretiendra encore pour estre des premiers a la seruir, elle sera tousiours coincte, & iolie, & bien cuillie, & ny a ordure qui sosast prendre a sa robbe.

AMOR enim nitidus est Plauto in Caßina inquiente:
Omnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus nitidis
Antevenire, Nec pote quicquam commemorari, quod plus salis,
Amor nitidus.

Plusq; leporis, habeat hodie: coquos equidem nimis
Demiror, qui tot utuntur condimentis, eos eo
Condimento uno non utier, quod præstat omnibus:
Nam ubiq; amor condimentum inerit, quoiuis placiturum credo.
Neq; salsum prorsus, neq; suaue esse potest quicquam, ubi amor
Non admiscetur, fel quod est amarum, id mel faciet.
Hominem è tristi lepidum, & lenem: ego hanc de me coniecturam
Domi facio magis quàm exauditis. *Zambertus:*
Vbi cupido non est, nullæ ibi mundiciæ,
Nullus sapor, nulla dulcedo, uah quid est opus
Verbis ? omnia insipida sunt.

Mais au cõtraire, celles qui renoncent au seruice Damours sont malheureuses, & chetiues. Et ne ueult len auoir affaire a elles sinon en passant pour dire Dieu gard, & a Dieu dame. Et tous les plus grands biẽs quilz peuuent auoir, cest quãt elles se treuuent es festes ou lon dance, ou en aultre lieu quon fait bõne chere, quelles sont assises en banc pour parler du temps passe, regarder les personnaiges, & uieulx habitz quil sont pourtraitz en ses tapisseries de nopces: deuiser illecque a ung coingnet que du temps iadis nauoyent garde deux habiler en telz habitz qui courent maintenãt. Et une belle cõmenca a dire, tout est chãge, & q̃lle ne cõgnoit plus rien au mõde. Et lautre dira, q̃ ce nest q̃ follie di mettre son cueur, ueu ql fault mourir. Et en ce prennent leur deduit, & ne leur dure guaires le temps, car q̃lque chose quelles en disent, elles uouldroiẽt en leurs cueurs estre aussi iollies q̃ les aultres, & auec ce elles nõt point de biẽ. Car lors nõ tiẽt len pas grãd compte ꝑquoy nõt point de ioye ne liesse, ains languissent sur le pied. Et pource disoit ledit ꝓcureur Damours, quil auoit choys de lũg a laultre, & quil ne pouoit croire q̃ ceste dame de si uaillãt cueur refusast son seruice. Et affin q̃ il en sceust la uerite req̃roit q̃lle iurast, celle uouloit a tousiours renõcer aux biens, & seruice Damours. ¶Sur quoy elle interrogue dist, & afferma que ouy, & quelle nauoit cure daimer quelque gallan que ce fust pour aulcunes choses que a cela mouuoient. ¶Ouies les respõses, & affermations ledit ꝓcureur Damours print ses cõclusions

a lencon

a lencontre delle tant quelle fust banie, & priuee a tousiours du royaulme Damours,& des biẽs qui y sont. Et qui ny eust personne qui se iouast,ne parla a elle,en quelque maniere que ce fust, sur poine de confiscation de corps & de biens, & que tous ceulx qui luy uerroient desormais tenir boucquetz, les luy allassent arracher des mains deuãt tout le monde,comme indigne de les porter. Et auec ce que nõobstãt la reuocation par elle faicte,& sans preiudice dicelle fust condamnee a la saluer,& rire de loeil, & de bouche, tant seulement, & pour ce gallan aymer tant quil fust reuenu a sante de la maladie quil auoit a cause delle.Et oultre queroit que a greigneur seurette que il fust baille a elle en garde pour le penser durant sa maladie,en telle maniere,q̃ sil rechet iamais en lestat,lon sen porra prendre a elle.Et aussi q̃lle fust tenue de respondre ou q̃ telles aultres cõclusions fussent adiuges audict ꝓcureur Damours, que la court aduiseroit.¶Sur quoy la dicte dame dessusdicte, disoit q̃ ueue la reuocation par elle faicte,de ne aymer, ne dauoir aulcuns biẽs Damours,len ne luy pouoit plus rien demãder,car elle estoit exempte de la court,& nõ tenue de ꝓceder. Mais debuoit estre mise hors de proces,& quant est des cõclusions prinses cõtre elle par les gens Damours disoit quelles nestoyent recepuables,car amour uient de uolente,& de plaisir,Et aussi dõcq̃s puis q̃ une foys elle auoit declare q̃ son plaisir nestoit point daymer,len ne la debuoit de raison contraindre par force aymer,ne ne sen debuoit la court plus mesler. Et au regard dauoir en garde le malade, elle respondit quelle nen prendroit iamais la charge, pource quelle auoit asses a faire de se garder elle mesme.

PRIMA *charitas,ut commune uulgus sonat,incipit à seipso. Cicero lib. quinto: de finibus bon. & mal. Quid est quod magis perspicuum sit? non modo carum sibi quenq;, uerumetiam uehementer carum esse. Terentius in Andria: Omneis sibi eße melius malle,quàm alteri. Tunica etiã,iuxta Plauti in Trinũmo dictum,propior pallio est. Et idem in eadem: Sed ego sum insipientior,qui rebus curent publicis,potius quàm id quod proximum est meo tergo. Apuleius in quarto Metamorph. Quisq; magis suæ saluti,quàm domini consultat opibus.* *Charitas prima incipit à seipso.*

Alpibus enim ille perit (ut inquit Zenzel.in extra.j.ne ſede uac.Ioan.xxij.)qui ſe plus diligit ullũ,& ut ait Euripides. Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐκ αὑτῷ σοφός. *id eſt odi ſapientem qui ſibi nihil ſapit.*

Et quant eſt de porter fleurs, ou bouquetz bien ſen paſſeroit.¶Mais le poure amãt par ſes replicques diſoit quil eſtoit content quelle demouraſt en ſa liberte. Et quelle fiſt tout ce quelle uouldroit pourueu quil ne luy ſouuint plus delle, com bien quil ne luy eſtoit poſſible qua iamais la ſceut oblier,& ſen eſtoit bien efforce tant par uoiages & pelerinaiges ql en auoit faict,car tout rien nya ualu.Car de tãt plus quil en eſtoit loing reſtoit alors quil auoit plus grand deſir,de ſen approucher.

LONGE *proficiſci remedium eſſe contra amores* Naſo *lib.j.* De remed. *amoris,his oſtendit:*

Tu tamen & quamuis firmis retinebere uinclis,
I procul & longas carpere perge uias.
Flebis,& occurret deſertæ nomen amicæ,
Stabit & in media pes tibi ſæpe uia.
Sed quando minus ire uoles magis ire memento
Perfer,& inuitos currere coge pedes.
Nec pluuias opta,nec te peregrina morentur
Sabbata:nec damnis Allia nota ſuis.
Nec quod tranſieris,ſed quot tibi quære ſuperſint
Millia:nec,maneas ut propè,finge moras.
Tempora nec numera,nec crebro reſpice Romam,
Sed fuge,tutus adhuc Parthus ab hoſte fuga eſt.

Par quoy ſon cas eſtoit pitoyable,& moult fauorable attẽdu meſmement quil neſtoit poſſible de recepuoir gariſon,ſi nõ de la grace de ſa dicte dame,pour occaſion de la quelle ſa maladie luy eſtoit uenue, & a ce quil fuſt guery. Et eſtoit content de mourir entre ſes mains en offrant de la quiter de ſa mort. Et auſſi de deffendre a ſes heritiers de ne luy en iamais rien demã der. ¶Mais la dicte dame perſeueroit touſiours en ces reffus diſant,Que celles qui y ſont bien ſe y doibuent tenir,& que de ſoy obliger en une choſe,ou elle neſt point tenue, iamais ne le feroit pour rien.Oultre elle diſoit,quil ne luy ſouuient de luy.

Par

Parquoy ne luy doibt point souuenir delle, & est bien grand simplesse de y mettre son cueur si auãt q̃ on ne lẽ puisse oster. ¶ Aquoy le pouure homme respõdit que lon nest pas maistre qui ueult, & que sil sen pouoit une foys deffaire, iamais elle ne aultre naimeroit si parfaictement, aumoins quil ne sceu bien comment. ¶ Ouyes les quelles parties en tout ce quelles ont uoulu dire, & alleguer, elles ont estes appointees a mettre par deuers la court, & au cõseil. Si a la court finablement ueu ledit proces auec ce quil failloit ueoir & uisiter en ceste matiere, & tout ueu, & cõsidere, la court dit, que ueu la reuocation faicte par la dicte dame deffenderesse de ne seruir iamais Amours, elle ne tiendra court, ne congnoissance de ceste matiere, mais elle ordonne quil sera deffendu a tous gallans subiectz & seruiteurs Damours quilz ne soient si oses, ne si hardis de la mener dãser, en quelque feste quelle soit ou uoyse. Aincois quon la laisse toute cõme une femme habãdõnee, & banye de toute ioye. Et pareillement sera deffendu a tous cousturiers quilz ne luy facent aulcunes robbes ou uestemens a la nouuelle facon, mais quilz mettent tousiours en celles que luy feront ung gros ply entre deux menus, que deuant ou derriere elles soyent mal arondies, que le gier passe dung coste affin que chascun congnoisse que auant ses iours elle deuiendra chartreuse. Et que par ce moyen elle soit eslongnee & priuee de toute ioyeuse compagnie. Et au regard de la ꝓuision requise par le dit pouure amant malade la court dit quelle ny peut toucher. Mais de grace cõbien quil ne soit acoustume de faire luy conseille, de se pouruoir alleurs de dame, ou se uestir de dueil, affin que le cueur delle puisse ung peu amollir.

LE XXVI. AREST.

AVx cries dune tresbelle fille se sont trouuez sept opposans.

SVBHASTATIONIS *non leuis solennitas est: autore* Baldo *in* l. *ordo.* C. *de execut. rei iud. de qua* Bar. *in* l. *licitatio.* ff. *de publ.* & *in* l. *si tempora.* C. *de fid. instr.* & *iur. lib. x. post* Accur. *in* l. *j. illius tituli. ex cuius capitibus* ***Subhastatio.***

plura huius formulæ eliciuntur. Debet enim, ut ait Bar. in d. l. licitatio. uoce præconis, aut edicto publice notum omnibus fieri, ut qui uelint certam rem emere infra certum tempus, & ad certum locum coram certis ueniant, ut plus licitanti res addicatur. Est enim addicere, licitanti rem auferendam permittere, quod supra alios licitatores precium augeat. Cicero pro Cecinna. Ebutio negocium datur, adest ad tabulam: licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, partim gratia Cecinnæ, partim etiam precio, fundus addicitur, Ebutio. Martialis in xij. in Labienū: Addixti Labiene tres agellos: Emisti Labiene tres cinedos. Est etiam addicere uenundare. l. ita. ff. mand. Et auctionari publice uendere. Cicero pro P. Quintio, Sextus Neuius hominem multis uerbis deterret ne auctionetur. Vnde auctio idem eodem loco, Auctionem in Gallia, P. hic Quintius Narbonæ se facturum esse præscribit. Macrobius lib. ij. c. x. Saturnal. Culcitram emi cubicularē in eius auctione sibi iussit. Et facere auctionem Plautus in Persa:

Addicere.

Auctionari.

Auctio.

Auctionē facere.

Eleusipolim Persæ cœpere urbem in Arabia,
Plenam bonarum rerum, atq; antiquom oppidum
Ea comparatur præda ut fiat auctio Publicitus. Idem in Sticho:
Nunc auctionem facere decretum est mihi,
Foras necessum est quicquid habeo uendere:
Agite si uoltis, præda erit præsentium.
Iocos ridiculos uendo, agite licemini.

Auctionarius.

Et auctionarius uenditor. Ea enim quæ in bello capta erant hastæ subijciebantur. Valerius Maximus lib. v. Quæstore hastæ subiectos captiuos uēdēte, puer eximiæ formæ, & liberalis habitus, missus est. Quod scribente Festo hasta summa armorum, & imperij sit, quam ob causam uiri fortes ea donantnr, & sub ea captiui ueniunt: ita eodem autore hastæ subijciebantur quæ publice uenundabantur. Cicero in secundo officialium librorum. Est enim ausus dicere hasta posita cum bona in foro uenderet, & bonorum uirorum, & locupletum, & certe ciuium prædam suā uēdere. In iij. is etiam: Bis iam uidimus hastam in foro ponere, & bona ciuium uoci subijcere præconis. Et Philippica ij. Hasta posita pro æde Iouis Statoris. Et post: Bona inquam Cn. Pompeij uoci acerbissime subiecta præconis. Liuius lib. iiij. Partem sub hasta dictator uendidit. Macrobius lib. ij. c. ij. Saturnal. A Cæsare subijciente hastæ bona ciuium. Valerius lib. ix. de mortibus nō uulgaribus: Nec sua bona hastæ posse subijci. Iuuenalis in iij. Et præbere caput domina uenale sub hasta. Claudianus in Eutropium: Non pudet heu superi populos uenisse sub hasta Vendentis: Hæc omnia paucis perstrinxit Suetonius in Cæsare: Amplissima prædia auctionibus hastæ nummo addixit. Sectorem autem Pedianus iij. in Verrem actione, æstimatorem, redemptoremq; bonorum damnati,

Sector.

atq; proscripti dicit: qui spem lucri sui sectatur, id est, sequitur spem æstimationis suæ, bona omnia auctione uendit, & semel infert pecuniam, uel ærario, uel sociis. Et alibi: Sectores autem dicti sunt qui spem lucri sui secuti bona condemnatorum semel auctionabantur, proq; his pecunias pensitabant singulis, ac in posteras pro compendio suo singulas quasque pecunias populo uendituri. Cicero Philip. ij. Cum sector sis isto loco natus. Et Sectio, idem in eadem: Expectātibus omnibus quis nam esset tam impius, tam demens, tamq; diis hominibusq; hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, inuentus est nemo præter Antonium, præsertim cum tot essent circa hastam illam. Varro lib. ij. c. x. de re rustica: Aut si è præda sub corona emit tum ne cum bonis sectione'ue cuius publice uenit. Cæsar lib. secundo: de bello gallico: Sectionem eius oppidi uniuersam Cæsar uendidit. S. Aurelius Victor in M. Ant. Philosopho: Hic cum ærario exhausto largitiones quas militibus impenderet, non haberet, neq; indicere prouincialibus, aut senatui aliquid uellet, instrumentum regij cultus facta in foro Traiani sectione distraxit. Plutarchus optimus tam rerum Romanarum quàm Græcarū historicus, nec minus grauis philosophus quàm insignis orator in Publicola Porsennam, ubi in Romanorum amicitiam rediisset suos tantū arma capere iussisse scribit, castris multo, & uario comeatu opulentisq; Romanis relictis ita mos postea inoleuit usq; ad autoris tempestatē uti in publicis auctionibus bona Porsennæ per præconem denuntiarentur. Sectio.

Et disoit le premier quil auoit bien deserui lamour delle. Et quil la uouloit bien. Parquoy la requeroit auoir deuant tous les aultres. Le second opposant disoit quil auoit tout son cueur en elle. Et disoit quil lauoit de pieca choisie pour estre son seruiteur, si estoit son plaisir. Le tiers disoit quil lauoit premierement requise & faict ses diligences en temps & en lieu. Et ainsi debuoit estre prefere. Le quart disoit que selle prenoit aultre que luy se debuoit estre a la charge de luy faire ung petit genoil, & ung soubris, quelle luy auoit promis toutes & quantes foys quil passeroit par deuant elle. Le. v. disoit aussi quilz auoiēt ꝑmis de eulx entre aymer emsemble, & de faire des biens lung a lautre. Et pource requeroit, quil ne fust pas oblie, ne mis des derniers. Le. vi. disoit que combien que il eust bon droit de sopposer, toutesfoys attendu quil y auoit tant doppposans, il ne requeroit seullement que la

grace delle,& que on leust pour recõmande au iour de payer, cõme ung aultre. Le VII. & dernier disoit quil lauoit songee deux ou trois fois la nuict. Et aussi on luy auoit rapporte, q̃lle le aymoit bien: pour quoy requeroit estre prefere deuant tous aultres. ¶ A quoy Dangier & Mallebouche qui estoient adjoinct a ueoir iuger ce decret desdictes cries disoiẽt, q̃ lesdictz opposans sabusoient bien de y uenir par opposition. Car il ny scauoit nul qui eust droit en la propriete des choses cries. Ne qui deust empecher den disposer a leur plaisir, & debuoient lesdictz opposans uenir par requeste, & supplication, & non pas par main armee. Er quant est des paroles, & gracieux semblant quon leur auoit dõne, disoiẽt lesdictz Dangier & Mallebouche, q̃ filles ne ont poĩt de uouloir, ne de faculte de choisir ou eslire. Et oultre quelque doulce parolle ou bel acueil que facẽt aux gallans, ce la ne peult preiudicier, si nõ a ceulx qui se y fient trop de legier, & pource de si attendre estoit grãd simplesse, auec plusieurs aultres raisons seruant a leurs cas.

Mulierũ blãditijs nõ habenda fides.

COMMVNE *deuerbium est, apud* Iosephum *lib.* xvij. *in fine, quo fidẽ mulieribus habendam, & si blandiantur, non uult, & ante eum* Plautus *id in* Bachidibus *ostenderat his:* Viscus *merus uestra blanditia est, & post* Magis *illectum tuũ, quàm lectum metuo, mala es bestia.* Et *idem:* Aculeata *sunt.* Hic *etiam in* Truculento. In *melle sunt linguæ sitæ uestræ, atq; orationes,*
Corda in felle sunt sita, atq; acerbo aceto: linguis dicta dulcia
Datis, *corde amare factis amanteis si quid non danunt.* Astaphium *meretricem* Dinachus *alloquitur.*

Sur quoy parties ouyes elles ont este appoinctees en droit, & au conseil. Et a la court finablement ueu ledict proces, lesdictes cries, auec les causes dopposition, & tiltres de chascun: & tout ueu & considere: la court dict, Que non obstant les oppositions desdictz opposans dont elle les deboute, ledict decret sera adiuge a la uoulente desdictz Dangier, & Mallebouche, mais la dicte fille choisira celuy des opposans, qui mieulx luy plaira, pour estre son amy, & seruiteur, & condamne les opposans es despens.

LE XXVII. AREST.



N la court de ceans cest assis ung aultre proces, entre ung poure amãt, appellãt de certain reffus a luy faict, par sa dame intimee daultre part. Et disoit ledict appellant, que la chose, qui desiroit plus cestoit destre en la grace delle, & quelle eust souuenãce de luy. Or disoit que a ceste occasion, & affin quelle leust en memoyre, il se aduisa aux estraines dernieres passees de luy faire ung des plus beaulx & riche mouchoir, qui estoit possible de faire, ou son nom estoit escript a letres entrelassees le plus gentement du monde, car il estoit atache a ung beau cueur dor, & franges de menues pensees.

Qui per aliũ facit per se ipsum facere uidetur.

ET SI *is non fecerit, quod uiri artificium nõ sit, quia tamen per aliũ fecit uidetur fecisse. c. ut famæ. de sent. excõ. Qui enim per alium facit perinde est, ac si faceret per seipsum, regula qui per alium. de reg. iur. in vj. Mandans autẽ delictum an uideatur facere. c. mulieres. de sent. excom. Et qui promisit facere, an poßit per alium. Bar. in l. in pollicitationibus. ff. eo.*

Mandãs delictum an uideatur facere.

Si fust uray que le poure gallan mesme luy presenta ledict don, aux dictes estraines, mais elle nen eut cure, aincois la refuse, en disant quelle nen prendroit point.

Donum non accipere beata res est.

BEATVS *enim est qui ab omni munere manus excutit. c. et si quæstiões. de simo. c. sicut nõnulli. j. q. j. Nec accipies munera, quæ etiã excæcant prudẽtes, & subuertunt uerba iustorum. Exodi. xxiij. & Deuteronomij. xvj. Nõ accipies munera, quia munera excæcant oculos sapientũ, & mutant uerba iustorũ. Qui enim excutit manus suas ab omni munere iste habitabit in excelsis. Isaiæ. xxxiij. At cõtra beatius est dare, q̃ accipere. c. cũ marte. de celeb. miß. c. prædicator. xvj. q. j. c. xx. in acti. apostolorũ. Accur. in rub. ff. cõmod. Quod intellige ut per Pan. in c. j. de don. Zab. in cl. quoniã. de uit. & hon. uer. sed tales. Thucidides lib. iij. refert apud Odrysos deformiorẽ eũ esse, qui non daret quod posceretur, quàm eum qui posceret, & non impetraret. Aristoteles lib iiij. eth. statim in principio gratiam eũ sequi, qui det, nõ uero qui accipiat ait Artaxerxes Xerxis filius Plutarcho in apophth. autore, multo regalius esse dictitabat, addere q̃ auferre. Boetius li. ij. prof. v. Quod si manere apud quenq̃ nõ põt quod trãsfertur in alterũ tunc est preciosa pecunia, cum transmissa in alios usu largiendi desinit poßideri.*

Beatius est dare quàm accipere.

Quàm conducibile sit dare, Martialis hoc epigrammate detexit:

Callidus effracta nummos fur auferat arca:
Prosternet patrios impia flamma lares.
Debitor usuram, pariter sortemq; negabit.

Non reddet sterilis semina iacta seges.
Dispensatorem fallax spoliabit amica:
Mercibus extructas obruet unda rates,
Extra fortunam est quicquid donatur amicis:
Quas dederis solas semper habebis opes.

Debent tamen puellæ munera spernere, si castitati earum atq; honori consulere uelint, & hanc rem illas mouet Syluia apud Saxum:

Hanc grauem puellæ
Pestem corporibus fugate castis,
Aurum spernite, muricisq; tinctas
Vestes, carpathij maris lapillos,
Illis muneribus latent sub angues
Diri, letiferi latent leones.

Et qui plus est maintenãt luy faict pire chiere, q̃ elle nauoit acostume parauãt, en luy rechignãt a chascun coup. Par quoy ce gallan uoyant ql ny pouoit trouuer aultre maniere a appel le dudict reffus, & rechignemẽt, en la court de ceãs. Et pource concluoit tout pertinẽt en matiere dappel, quil auoit este mal refuse, mal rechine, & bien appelle par luy. A ses fins il offroit a prouuer, & demandoit prouision destre remis en lestat quil estoit par auãt son appel, & despẽs. ¶De la ptie de ladicte intimee fust deffendu au cõtraire & disoit q̃ si elle luy rechignoit, ou faisoit mauluaise chiere lon ne sen debuoit pas esbahir, car il se uouloit trop mocquer delle, de luy presenter ung tel don, qui nestoit pas recepuable, ueu q̃ selle leust prins, elle eust confesse en effect destre morueuse: car aussi il ne sert que de moucher, pource a bonne & iuste cause lauoit refuse. Et nestoit par consequẽt loppofition dudit reffus uaillable. Et cõcluoit a ses fins. Et quãt est de la ꝓuision nen doibt point auoir. Car pour meffaire, ou mesprẽdre si lourdemẽt enuers sa dame q debuoit garder de courroucer, elle nestoit tenue de rendre plaisir. ¶A quoy se pouure amãt disoit, que en telles matieres lon ne debuoit pas tant regarder au don, que a la uolunte du donant.

Donãtis mẽs attẽdẽda nõ doni preciũ.

MENS enim donantis, nõ muneris preciũ attẽdẽda est. Ouid. li. j. Eleg.
Nec tamen indignum est à diuite munera posci,
Munera poscenti que dare posit habet.

Carpite

Carpite de plenis pendentes uitibus uuas,
Præbeat Alcinoi poma benignus ager.
Officium pauper numeret studiumq; fidemq;
Quod quis habet dominæ conferat omne suæ. Hic etiam in iiij. De ponto:
Sed qui, quàm potuit, dat maxima, gratus abunde est,
Et finem pietas contigit illa suum.
Nec quæ de parua pauper dijs libat acerra
Thura minus grandi quàm data lance ualent.
Agnaq; tam lactens quàm gramine pasta phalisco,
Victima tarpeios inficit icta focos.
Idem in priapeis siue alius quisquis fuerit. Lemni ad Priapum est:
Contentus modico Bacchus solet esse racemo
Cum capiant alti uix sua musta lacus.
Magnaq; fœcundis cum meßibus area desit,
In Cereris crines una corona datur.
Tu quoq; diue minor maiorum exempla secutus
Quãuis pauca damus cõsule poma boni. Petrus Leo ad quẽdã magnificum:
Munera non spernit, quæ mittit pauper ab agro
Iuppiter, amplectens quicquid in orbe uides.
Tu quoq; non spernes (credo) munuscula nostra,
Et si quid maius mittere par fuerat.
Quod nequit affectus supplet pia nostra uoluntas
Accipias igitur, & memor esto mei. Cornazanus:
Sponte sua ueniens munus uix uincitur auro
Illiusq; decor est caruiße prece. Io. Antonius Flaminius ad Petrũ Soterinũ:
Parua solent magni non spernere dona clientum,
Sæpe duces, altæ est hoc Petre mentis opus. Cato: Exiguũ munus cũ dat tibi pauper amicus, Accipito placide, plene & laudare memento. Darius ut scribit Herodotus lib. iij. Silosonti ob amiculũ rutilũ sibi datũ Samũ patriam dedit. & Plutarchus in apoph. Artaxerxem Persarum regem aquam ab operario pauperi iucunde suscepisse memoriæ mandauit, quod nil aliud haberet. Non quidem ob doni utilitatem, uerum ob promptam offerentis uolũtatem. Eundem in eodem opere & in eius uita scribit pomum egregiæ magnitudinis à pauperiore suscepisse hilare quidem, prolatis etiam his uerbis, Per solem hic mihi uidetur urbem si credatur ex parua magnam efficere posse. Nam ut ille autor ibidem subdit. Si in aliqua re mortalium animus contemplandus sit, tum maxime in liberalitate. Theodosius etiam Imperator ut tradit Sozomenus in historia ecclesiastica, cum per æstatis ardores in Bithynia circa meridiem iter faceret, lau-

dauit eum qui obtulisset poculum frigidæ aquæ, muneribusq; cumulauit. Quàm paruis muneribus contentæ fuerint olim amicæ, demonstrant Lucretius, & Propertius: ille in quinto:

Conciliabat enim uel mutua quamq; cupido.
Vel uiolata uiri uis, atq; impensa libido,
Vel precium glandes, atq; arbuta, uel pira lecta. Hic lib. tertio:
Illis pompa fuit decussa Cydonia ramo
Et dare puniceis plena canistra rubis:
Nunc uiolas tondere manu, nunc mista referre
Lilia uirgineis lucida per calathos.
Et portare suis uestitas frondibus uuas,
Aut uariam plumæ uersicoloris auem.
Iis tum blanditijs furtiua per antra puellæ
Oscula syluicolis empta dedere uiris. Et pastor ille Maronianus:
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

Et affermoit par sa foy que iamais neust pense la ou sa dicte dame pense mais seullemẽt luy auoit fait faire ledit mouchoir qui estoit moult beau & riche pour lamour delle. Et affin que quant elle mettroit la main a ses clefz elle le uist, ou quãt elle se moucheroit luy souuint alors de luy.

CVIVS *enim donum frequentius aspicitur, huius memoria strictius retinetur clement. j. de reliq. & uen.*

Et brief aymeroit mieulx mourir que faire chose en son escient qui luy despleust en offrãt de luy dõner en ce lieu ung aultre tel don, quelle uouldroit en requerand pour dieu merci en tant quil la porroit auoir offencee. ¶ Sur quoy la dicte dame pour ses duplicques disoit au contraire, que par le propos mesmes dudict amant prins a son preiudice, il auoit delinque, & que pour donner exemple aux aultres ou affin q̃ une aultrefoys fussent mieulx aduises, estoit besoing de y pouruoir. ¶ Finablement parties ouyes ont este appointez en droit, & a mettre deuers la court, & au conseil. Si a la court Damours ueu ledit proces a grãd & meure deliberation, & tout ce quil failloit ueoir en ceste matiere. Et tout ueu dit quil a este bien refuse, & procede par la dicte dame, & mal appelle par ledit

appel

appellant & lamendera. En le condamnant es despens de la cause dappel, la tauxatiõ reseruee, Auec ce declaire la court le dict don non recepuable ne ualable.

IN RE *illicita non contrahitur donatio.* Pan. *in rub. eo. & interpretanda est secundum personarum donantium qualitatem.* Idem *in c. pastoralis. illo titu. Hac uero ratione ob futurũ matrimoniũ quicquam ab alterutro cõdonandũ non est. l. j. ff. eo. l. si ita stipulatus. §. fi. ff. de uerb. obl. l. quod sponsæ. l. cum multæ. §. simplices.* C. *de dona. ante nup. nisi mulier nobilis sit, uir uero plebeius.* Barto. Paul. *in d. §. fi.* Bar. *in l. diuortio. ff. de uer. obl.* Pan. *in c. cũ in ecclesiæ. de simo. Quid si à tertia persona? per* Paul. *in d. l. fi.* Pan. *in d. c. cum in ecclesiæ. Hæc etiã proprie donatio non est, cum non ex mera liberalitate diffluat. d. l. j. Quæ si ob liberalitatem proficiscatur ualet. d. l. j. cui derogari* Paul. *dicit in l. affectionis. ff. eo. Affectionis tamen gratia in meretricẽ donationes ualẽt. d. l. affectionis. præterquam in milite, uel minore, ut ibi per omneis.* Bar. *in l. idẽ. ff. de cond. ob tur. & sacerdote.* Pan. *in c. j. de cle. ægr. Nec quod illis datur cõdicetur. d. l. idẽ. donationes in cõcubinã ualẽt. l. donationes. ff. eo.* Zab. *in cle. j. uer. ideo. col. ij. de reli.*

In re illicita non cõtrahitur donatio. Pro futuro matrimonio nihil dandũ.

Donatiões in concubinam ualent.

En deffendãt a tous amoureux de iamais nen arrester leurs dames, sur poine damende arbitraire. Et de encourir lindignation Damours.

LE XXVIII. AREST.

CEANS cest complaint une femme de une sienne uoisine disant que elle luy tient les plus rudes termes du monde. Car incontinent quelle ueoit ung homme qui uient parler a elle, toute la iournee elle ne cessera de quaqueter mal es uoisines. En gettant de petites pierres par une fenestre quelle a, respõdant sus la rue, dessus les gens q estoyent, a son huys pour les faire en aller. Et puis quãt on nen tient cõpte ou q̃ len ne sen bouge elle sen uient plainement a la dicte fenestre tousiours, & dire dieu uous gard, pour dire ie uous uois bien, & pferant plusieurs aultres paroles mal sonnant. Et encores plus elle nõ cõtente de toutes ces choses icy tressouuent elle murmure. Et se elle a q̃lque robbe ou chapperõ noueau, ceste femme deffenderesse ua publier incõtinẽt que elle scait biẽ q luy a dõne, & q̃ tel le paye quon ne cuyderoit pas, en luy faisãt plusieurs aultres oultrages, & desplaisirs.

Vicinũ malũ habere durũ est.

MALVM *est habere nequam uicinum.* Plautus in Mercatore:
Nunc ego uerum illud uerbum experior uetus,
Aliquid mali esse propter uicinum malum. Quam rem etiam in boue Hesiodus *his uerbis dicit.* μὴ δ᾽ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ᾽ εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. *quod in omnibus rei familiaris referre partibus* Columella *dicit.* Vicini,*ut etiam ait* Vergilius,*pecoris cõtagia lædunt.*Et *ut ait* Ouidius, *Nux uicina damno est.*Ratione *uicinitatis quis punitur.*Ber.Pan.*in c.super specula.de priuil.* Adonia,*&* Seboin *urbes ob uicinitatem cũ* Sodoma *& alijs deustæ sunt.c.sed & continuo.de pœn. dist.j.*Ber.*in c. clerici.de exces.præl.*Dioceses *uicinæ ei diocesi in qua episcopus captus est interdicto subiacẽt.cle.j.de pœn.*Obfuit *etiã uicinitas* Cremonæ,Mantuæ,*cum* Cremonensium *agri* Caßij Bruti,*&* Antonij *militibus non sufficerẽt, canente* Vergilio. *Mantua ueh miseræ nimiũ uicina Cremonæ.* Et *si quis in uendendo prædio confinem celauerit, quem si emptor audiuisset empturus nõ esset, tenebitur uenditor emptori ad interesse.l.quod sæpe.§.fi.ff.de contr.emptio.*In *emendo enim fundo id animo habere debet emptor sicut præcipit* Cato *de re rustica,uicini ut eniteant.*Scitum *quoq; illud* Themistoclis *est apud* Plutarchũ,*quo præconi proclamanti fundum bonum uenalem fore addere iußit habẽtem bonos uicinos.*Reliqua *uiderint lectores in chiliade* Erasmica.*iiij.centuria.v.in principio.*Ast *contra bonum habere,*Terẽtius *in propinqua amicitiæ parte existimat.*
Tamen *uel uirtus tua, uel uicinitas.*
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto.) Chremes Menedemum *uicinum alloquitur.*Ob *uicinitatem quis sentit commoda.d.c.super specula.ubi loca uicina* Lutetiæ Parisiorum *gaudent priuilegijs dictæ urbis.*

Et pource requeroit icelle demanderesse quil fust deffendu a sa uoysine de ne parler contre elle, sur poine de luy percer la langue. Et q̃ sa fenestre par ou elle uient escouter les gens fust abatue,& demandoit despens. ¶De la partie de ceste deffenderesse fust deffendu au cõtraire.Et disoit,quelle auoit tousiours uescu paisiblemẽt, & neut iamais noyse en la rue si nõ despuis que la dicte demãderesse y estoit uenue demeurer.Qui nestoit contente des biens quelle a,mais ueult entreprẽdre sur les aultres,& si luy semble pour deux ou trois robbes q̃lle a,quon la doibt appeller ma dame,& q̃lle doibt suppediter tout le monde.Or ne uouldroit point icelle deffenderesse la depriser mais aussi ne le souffreroit iamais a son pouoir entreprẽdre sus elle, combien quelle ya biẽ tache par plusieurs fois.Et est uray que

par

Et auec ce quelle soit bãnie a tousiours dudit royaulme Damours, comme indigne dy conuerser. ¶ Ce pouure amãt pour ses replicques disoit que entant qui luy touche quil estoit encores content, que tous les biens quil luy auoit donnez demourassent pour elle, comme siens, & ne uouloit quon luy en ostat rien, mais requeroit seulement quelle laymast cõme deuant. Et encores promettoit de luy en faire. ¶ A quoy elle respondit, que quant elle le uerroit, en feroit son debuoir, mais iusques a lors luy conselloit de changer air, pour recouurer, sante, & obuier quil ne fust pas malade.

Mutatio aëris qd faciat.

MVTATIO regionis quid faciat ex Hippocrate de octimestri partu in hunc sensum demonstratur. Siquidem & hominibus sæpe locorum mutationes, & ciborum, morbos uel faciunt, uel tollũt. Et lib. de cœli qualitate. Mutationes enim sunt quæ hominum mentes excitant, nec torpescere sinunt. Plinius Cæcilius lib. iij. epist. ad Caluisium. Habet etiam multum iucunditatis soli cœliq; mutatio. Et Cicero lib. viij. epist. ad Gallum: Sed uisa est mihi, uel loci mutatio, uel animi etiam relaxatio, uel ipsa fortaßis iam senescẽtis morbi remißio profuisse. Seneca: De tranquillitate uitæ. Aliquando uegetatio, iterq;, & mutata regio uigorem dabunt. Docet hoc etiam Marsil. Ficinus, de triplici uita lib. primo.

Et disoit oultre q̃ a la cõtraindre de aymer, len ne scauroit, & aussi tel amour q seroit dõne par force, ne dureroit point, mais plus de mal faict a celluy qui le obtient, q̃ sil nen auoit point.

AMOREM ultroneum esse uoluit Xenophon. lib. v. in Cyri infantia, & ita docet usus. Horatius: Quis enim inuitum seruare laboret.

Amor ultroneus.

Si ont este les parties ouyes appointees en droit, & au conseil. Finablemẽt ueu le proces, cõsidere tout ce q̃ il failloit cõsiderer en ceste matiere, la court dit, q̃lle cõdamne ceste rebelle femme a rẽdre, & restituer audict amoureulx tout ce q̃ il affermera en sa cõscience luy auoir baille, & dõne nõ obstant loffre par luy faicte, de ne luy en uouloir aulcune chose demãder.

Condemnare an posit iudex in plus q̃ petitum sit.

HIC supra quàm petitũ sit cõdemnatur, quod facere nõ debet iudex. Vltra enim id quod in iudiciũ deductũ est, excedere potestas iudicis nõ potest l. ut fundus. ff. cõmu. diui. Stultus uero iudex est, qui id facit l. fin. C. de fideic. lib. Pan. in c. cũ inter. de consf. col. fi. Verũ hæc ex procuratoris fiscalis cõclusione cõdemnatur, non actoris. Hæc etiã in summo Pont. principe, & senatu, qui principis uice fungitur fallunt. Et in criminibus, in quibus & si libellus concludere debeat minime, atta

me, attamen si concluserit, non eo minus poterit iudex secundum & facinoris, & delinquentium qualitates, plus minus'ue condemnare. l. hodie. ff. de pœn. Ang. Aret. Iason hæc in §. curare. Insti. de actio. hic: col. v. ille. vj. Bart. in l. ergo. §. pœna. col. iij. ff. de his qui not. inf. Quod etiã facere poterit ex necessitate. idem in l. uinum. col. iiij. ff. si cert. pet.

A la quelle offre la court ne obtempere point, ueu q̃ la dicte deffenderesse ne laccepte, & quelle cest rendue ingrate. Et ordonne que a ce faire sera cõtraincte par la prinse de ses biẽs, & emprisonnement de son corps. Et a tousiours la bannist des biens, & seruice Damours, en disant auoir forfait de corps & de biens. En maniere quelle sera abandonnee a ung chascun pour desormais seruir le cõmun, & deuenir a tous publicque.

LE XXXI. AREST.



N la court de ceãs cest assis ung proces, entre une ieune dame separee de son mari, qui ne ueult quelle porte ses robbes a la nouuelle facon cõme les aultres. Disant q̃ naguieres elle en auoit fait faire une bien gente, a la facon qui court, mais il luy auoit fait oster & despouiller, en disant q̃lle ne la porteroit point en ce estat, par ce quelle est trop ouuerte par deuant, & q̃ la languette du colet ua trop bas, & q̃ legiet de la penne est ung petit trop grãd, & autãt en ont il faict de son chapperon. Pource qui ueullent dire, q̃ la patte est trop uollant. Et de faict len luy meuce, de la q̃lle chose elle a appelle en la court de ceans. Si cõcluoit tout pertinent en cas dappel, quil auoit este mal exployste, & par elle bien appelle. Et au surplus req̃roit ꝓuision, q̃ pẽdãt le proces elle peult uestir ladicte robbe, & son dict chapperon. ¶ De la ꝑtie desditz parẽs & amis intimes fust deffendu au cõtraire, disant q̃ selon la iambe le coupt. Car le mõde ꝑle au iourdhuy trop de legier, & ce fait bon garder des premiers corroux.

PRIMI *motus nobis nõ sunt in potestate hominũ sicuti lib. xix. c. j. noctiũ atticarum ex Epicteti lib.* Διαλέξεων, *refert in hæc uerba A. Gellius. Vires animi quas* φαντασίας *philosophi appellãt, q̃bus mens hominis prima statim specie accidẽtis ad animũ, non uolũtatis sunt, neq; arbitrij, sed ui quadã inferũt sese hominibus: eadẽ oĩa retulit A. August. lib. ix. c. iiij. de ciuitate dei, & quæ de Aristippo à Gellio loco prædicto referũtur. Silia Diogenes in eius uita scribit, & idẽ* *Motus primi non sunt in potestate hominum.*

 Gellius

Gellius lib. eodem c. xij. Herodis Attici contra Stoicorum tranquillitatem sententia, Nullus usquam homo (inquit) qui secundum naturam sentiret, & saperet affectionibus istis animi, quas πάθη appellabat, ægritudinis, cupiditatis timoris, iræ, uoluptatis, carere & uacare totis posset, & omnino non dolere. Cicero ad Quintum fratrem. Moderari uero, & animo, & orationi, cum sis oratus, aut etiam tacere, & tenere motum animi, & dolorem, et si non perfectæ sapientiæ, tamen est non mediocris ingenij. Idem in Topica. Cadunt in ignorationem, atq; impudentiā perturbationes animi, quanquam sint uoluntariæ, obiurgatione enim & admonitione deijciuntur, tamen habent tantos motus, ut ea quæ uoluntaria sunt, aut necessaria interdum, aut certe ignorata uideantur. Fabius in vj. Neque enim sunt motus in nostra potestate.

Or disoit il que sa dicte robbe ou houpelande que ceste appellante auoit faict faire, nestoit pas selon son estat. Car il y auoit superfluite doultrage que len luy debuoit tollir, pour les inconueniens, que sen pourroient ensuyuir, & nestoit tel que tenir en habit & moyen pour obuier aux langaiges des gens, qui y pourroient pẽser, ce qui nest pas, & en parler a la uollee. Et ainsi affin deuiter tous langaiges luy auoient uoirement ostes & deuestus les habillemẽs noueaux, en quoy ne pouoit la dicte dame estre greuee, ueu que lesditz habitz en la maniere quilz sont faict estoient excessifz, & superflux. Et par ainsi concluoit a fin de non recepuoir, alias mal appelle.

Vestes.

SVNT etenim certi colores, nonnulliq; sericei panni, ex quibus non nisi principi, domui'ue eius uestes deferre liceat, tot. titul. C. de uest. olo. Tacitus lib. ij. decreti à Q. Halerio consulari Octauio Frontone prætura functo meminit, quo cauit, ne uestis serica uiros fœdaret. De serica ueste hoc modo Seneca li. vij de beneficijs. Video inquit sericas uestes, si uestes uocandæ sunt, in quibus nihil est quod defendi, aut membra, aut corpus, aut deniq; pudor posit, quibus sumptis mulier parum liquido nudam se non esse iurabit, hæc ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, ut matronæ nostræ ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quàm in publico ostendant. Liuius lib. xxxiiij. & Valerius lib. ix. c. j. scribunt. M. Oppium & T. Romulum tribunos plebis. Q. Fabio & T. Sempronio consulibus in medio ardore punici belli ne qua mulier plus semiuncia auri haberet, neu uestimento uersicolori uterentur sanxisse, quam legem M. Fundanius & L. Valerius tribuni plebis de abroganda ad plebem tulerunt, quam itidem M. & T. Iunius Brutus tuebantur, propter quam fa-

ctus

ctus matronarum & aliorum ad Capitolium concursus. M. uero Portius Cato consul oratione graui censet suo robore sustinendam. L. Valerius contra abrogandam, cuius sententia uicit. Abrogata nempè est xx. annis posteaquã lata fuit. Hic uero dum de ea scribit ait: Sed quid ego de fœminis ulterius loquor? quas & imbecilitas mentis, & grauiorum operum negata affectatio, omne studiũ ad curiosiorem sui cultum hortatur conferre. Orosius lib. iiij. c. xix. huic addit, his prohibitum sit per urbem uehiculo uehi. De lege Oppia apud Cornelium Nepotem cap. xlvij. & Tacitum lib. iij. uiderint studiosi. Suetonius in Iulio Cæsare hunc ait, conchyliatæ uestis & margaritarum, nisi certis personis, & ætatibus, perq; certos dies usum ademisse. Alexander & Seuerus intra urbem penulis uti uetuerũt, in itinere uero permiserũt, aiente Lampridio. Aristoteles lib. ij. Oecõ. cap. j. inter leges probæ mulieris hanc locat, ut scilicet sumptu & uestitu, atque apparatu minori hæc etiam utatur, quàm etiam leges permiserint ciuitatis, consideras autem quòd nec uestimentorum nitor, nec excellentia formæ, nec auri magnitudo, tantum ualet ad mulieris laudem, quantum modestia in rebus, ac studiũ honeste, decoreq; uiuendi. Omnis enim ornatus animi optabilis est. Iustinus uero lib. iij. dicit Licurgũ legibus suis cauisse, ne iuuenes amplius una ueste toto anno uterentur, & ne quisquam cultus, quàm alter progrederetur. Eadem enim ratio (sicut Cicero lib. j. offic. scribit) est habenda uestitus, in quo sicut in plerisq; rebus mediocritas optima est. Plautus in Penulo: —Modus omnibus

In rebus soror est optumum habitu, nimia omnia
Nimium exhibent negocium ex se. Et post:
Et illud satius satis, quod satis est habitus plusquam sat est.

Archithrenius lib. iiij. & lib. vij. hæc in nouos uestitus:

Labor gemitum uomit intimus alta serenum
Pectoris in nubem premit indignatio uestis
Ambitione noua, nudáq; libidine cultus
Secula dissolui, ueterum uilescit amictus.
Religio, rerumq; placet petulantior usus
Succumbunt antiqua nouis, circumfluit orbem
Luxuries, morumq; uiros infantia mollit.

Pacificus in Lucretia:

Vestis erat uilis, sed non immunda decensq;
Quam solet in uidua casta tenere domo.

Liuius lib. iiij. Posthumiam uirginem uestalem incœstus criminatam, ob suspitionẽ amœnioris cultus, ingenijq; quàm deceat uirginẽ liberioris commemorat. Et idem in viij. Orosius in iij. c. ix. Hieronymus j. lib. aduersus Iouinianum: Minutiam uestalem scribit, primo propter munditiorem iusto cultũ insimulatam facto iudicio uiuam sub terrã, ad portam Collinam defossam. Oportet enim per decentiam habitus extrinseci morum

intrusam honestatem ostendere. clem. quoniam. de uita & hon. cler. Arguit nempe exterior, ut ait Archithr. li. iij. animũ status, intimus extra Pingitur affectu. Paulus ad Timotheum ij. sic inquit: Volo igitur orare consimiliter mulieres in amictu modesto, cum uerecundia, & castitate ornare semetipsas. Plutarchus de praeceptis connubialibus, & in uita Lisandri hunc scribit tunicas ad filias à Dionysio tyranno missas repudiasse, ueritus ne per has longe deformiores apparerẽt. Vestimẽta enim & huiusmodi ornamẽta saepe adulterij causam praebent, ut etiã quae ab amatore donatas induant, aut quas è bonis mariti amotis emerint, ab agnatis affinibus habuisse deierent. Cato enim apud Liuiũ lib. iam citato, miserũ illum uirum dicit qui exoratus, & qui non exoratus erit cum quid ipse nõ dederit, datum tamẽ ab alio uidebit. Geradata Spartanus, Plutarcho in apopth. autore, interrogatus ab hospite, quid adulteri Lacedaemoni paterentur, cũ nullã super hoc legẽ à Licurgo sancitam comperisset, respondit nullum adulterum apud eos esse: illo subijciente, Quonam pacto id Spartae cõtingere poterit? ubi corporis ornamenta nullo sint in honore. Dictũ hoc sequens Camitij à Prisciano lib. viij. citatur: Turpe est propter uenustatẽ uestimẽtorũ admirari. Sed ad priscorũ theologorũ super hac re cõmentationem diuertamus, quorũ magis officiũ est id carpere. Basilius ad Nazanzenũ de uita solitaria, uestem esse ad carnis uelamẽtũ tam hyeme quàm aestate dicit, in qua floriditatẽ in colore persequi minime conuenit, nec in cõfectione tenuitatem, ac molliciem. Nam in uestibus oculorũ pulchritudinem circũspicere, simile est foeminarum ornatui, quo utentes flore alieno genas, capillosq́; suos inficiunt. Q. Septimius Florens Tertulianus breue opusculũ de habitu muliebri posteris dimisit, in quo aurũ, gemmas, purpurã mire detestatus est. Scripsit etiã de cultu foeminarũ aliud. Cecilius etiã Cyprianus de habitu uirginum tractatũ reliquit ex quo haec. Cõtinentia uero, & pudicitia nõ in sola carnis integritate consistit, sed etiã in cultus & ornatus honore pariter ac pudore: reliqua apud eũ legere est. De ornatu uirginum sic Fulgentius ad Probam. Virgo quae ornatũ corporeae uestis affectat, animã suam uirtutũ splẽdore despoliat. Nec habet castitatẽ ueram, quae intuentibus parat illecebram, nec fidẽ seruat CHRISTO, quae populo quaerit magis placere q̃ sponso. Cõsequenter autẽ necesse est, ut quae humano conspectui concupiscentiã seminat, in diuino conspectu iracundiã metat: Qui enim seminat in carne sua, de carne metet corruptionẽ. De nimio cultu puellarũ Io. Chrysost. hom. xxviij. in epist. Pauli ad Heb. hom. viij. in epistola eiusdem j. ad Timoth. & Pontanus lib. ij. de amore cõiugali, & Mattheus Bossus ad Bessarionẽ de immoderato mulierũ cultu reprehensoriã cõpilauit, in qua suae tẽpestatis praeclaras Italiae foeminas memorat, quae ornatu splẽdido caruerint, sed ad nostros regrediamur. Is enim iniuriarũ nõ tenetur qui foeminam in non matronali uestitu appellauerit, uel ei comitem adduxerit, minus'ue

peccare

peccare uidetur qui uirgines ancillari ueste appellat, multominus foeminas mere tricia ueste indutas. l. itē apud. §. si qs uirgines. ff. de iniur. c. in audiētia. de sent. exc. Percutiens clericū in non habitu clericali, an sit excōmunicatus? Pan. in c. si uero. de sent. excom. Plurimus in hac re fui longe lateq; spatiatus, uerum me lō giorem oportuit esse, quandoquidem hac nostra tempestate in hac re longius la tiusq; forsitan ultra quàm unquam fuerit peccetur.

Lappellante pour ses replicques disoit, que ses aultres cousines, & parētes les portent bien telz uoire plus grands, pour quoy doncq̄s par plus forte raison elle qui mieulx le pouoit faire q̄ elles, les peult auoir, ne nya point dexces ne doultraiges, audictz habitz, q̄lque chose quon ueuille dire. Et q plus est ny auoit, si meschante morueuse qui ne le facent faire plus excessifz, & oultrageux la moytie. Par quoy ny auoit apparēce de empeschemēt q̄lle ne les deubt auoir. ¶ A quoy lesditz intimes pour leurs duplicq̄s disoyent q̄ se les unes ueulēt faire les folles, elle ne le debueroit pas pourtāt faire, & aussi eulx qui en ont a garder ne le souffriroyent point. Et se doibt len en tel cas gouuerner par lopinion des anciens, qui ont este au temps passe, lesquelz scauent bien q̄ cest de telles choses. ¶ Finablemēt parties ouyes elles ont este appointeez en droit, & a mettre par deuers la court, & au cōseil, ce q̄ bon leur sembleroit. Si a la court ueu ledict proces auecq̄s ce quil falloit ueoir, en ceste matiere. Et tout ueu la court mect ladicte appellation & tout ce qui a este appelle au neant, & sans amēde, & despēs, & pour cause. Et ordonne q̄ les robbes, chapperons, & habitz dicelle dame serōt uisites par deux cousturiers, & deux pelletiers nō suspectz, ne fauorisables a lune ny a laultre des ptїes, & auec ce, que par leur rapport, & uisitation il y aura aulcune chose a redire, ou quilz ne serōt asses passables selon le tēps.

HIS enim ut in arte peritis credendū est. (De medicis supra aresto secundo dictū est, quæ hic repetere ne in adagionē, ὅιος κοςίνθος incidā nō cēsui) arg. l. quoties. C. de naufr. lib. xj. Mensori modū renuncianti toto tit. ff. si mens. Tabu lario q tabulas cōputauit. arg. illius tit. & l. fi. Agrimensori de finibus. c. iudicāte. de præscr. & si pars fundi alluuione alteri fundo hæserit arbosq; radices egerit rustico. Acc. in §. præterea. Insti. de rer. di. Architectis & mæchanicis quāto do **Expertis creditur.**

mus ædificetur.§.quod aût.in auten.de non alie.reb.col.ij.Obstetricibus dicētibus quā grauidam.l.j.ff. de uen.insp.l. cū quidā.§.quod dicitur.ff. de acq.hær. & de uirginitate.c.ꝓposuisti.c.causam.de prob.c.fraternitatis.c.literæ.de frig. & malefi.& quanto res ualeat.Bar.in l.rem maioris.C.de rescin.uēd. Anch.in c.quàm sit.in princ.de elect.in vj.Sidonius Apollinaris lib.viij.epist.ad Trigretium. Neq; enim iniustū est credere experto.Cicero in Topica Plerūq; creditur ijs qui experti sunt.& in oratione pro Cornelio Balbo. Etenim si Q. Sceuola ille augur cū de iure prædiario consuleretur homo iuris peritißimus consultores suos nonnunquā ad Furium & Casellium prædiatores reijciebat.Sic nos de aqua nostra tusculana M.Tugionē potiusq̃.C.aquiliū cōsulebamus,quod aßiduus usus uni rei deditus,et ingeniū,et artē sæpe uincit.Plinius Attio Clemēti.Vt enim de pictore,sculptore,fictore nisi artifex iudicare, ita nisi sapiēs nō potest ꝑspicere sapientē.Est enim experientia rerū magistra.extr.j.de uerb.sig. Io.xxij.& ibi Gensel.Quando experti discordant,quibus stetur.Pan.in c.in nostra.de test.

Experientia rerum magistra.

La court ordonne que lesdictz cousturiers, & pelletiers les referont,& metront a point,par le conseil toutesfois des prochaines parentes,cest assauoir deux femmes du coste du mary, & deux du coste de la femme, nō trop mōdaines, ne bigottes. Que sil aduenoit q̃lles ne se puissent acorder ensemble appelleront auecq̃s elles de leurs familieres uoisines en tel nombre, quil leur plaira,pour leur aider,& cōseiller.Mais toutesfois la court entent que de dix paroles,& opinions q seront par elles dictes en la besongne,elles ne uauldront, ne seront comptees que pour une,ueu que lon nen auroit iamais trouue la fin.

LE XXXII. AREST.



CEANS cest complaint une ieune femme dung gallan q luy ueult substraire sa nourrice.Disant q̃ sans cesse,il se ioue a elle,dont il ne luy plaist guieres,car au dernier craint ql ne luy ueulle brouiller son laict Et pource il luy en fauldroit auoir une aultre, la quelle chose luy seroit ung grand desplaisir, pource que lenfant desia a acoustume sa mamelle.

Nutrices nō cognoscēdæ.

DOCTISSIMVS *Galenus li.j.De tuēda ualetudine à Venere omnino abstinendam debere hanc quæcunq; lac præbebit monet.Nam & menses uiri consuetudine prouocantur,& lac odoris gratiam in deterius mutat, quinetiam aliquæ in utero concipiunt, quo alienius à puella adhuc lactante nihil est. Itaq; enim*

enim quicquid sanguinis optimum est in foetum assumitur, grauidae uero mulieres non tantum minor, uerum etiam & deterior sanguis redditur, quo fit ut lac ipsum peius, tum uero exiguum in mammillas defluat. Paulus quoq; Aegineta lib. j. Salubrium praeceptorum. c. de nutrice, illam uero Venerem admittere haud quaquam praecipit.

Et disoit oultre que sa dicte nourrice a cause de laccointãce quelle a nouuellemẽt prinse auec ce gallan, ne faict pas si bien son debuoir de penser son dict enfant, cõme elle souloit. Mais deuient toute seiche, & en chartre. Pour quoy requeroit celle dame que ledict gallan fust cõdamne a soy absenter, de aupres de sa dicte nourrice, quil ne parlast a elle, en quelque maniere que ce fust. ¶De la partie dudit gallan fust deffendu au contraire. Et disoit que a la dicte nourrice il nauoit, ne uouloit auoir habitude, que bien apoint. Et quil nestoit point recors que il eust parle a elle si non en passant quelle luy disoit Dieu uous gard, & il luy dict aulcunefois A dieu. Et ne peut on a tout le moins que respondre, ou dire aulcune chose quant on salue les gens. Disoit oultre que ueu que la dicte nourrice ne ce plaignoit de luy, & quelle ne ueult pas dire qui lait uoulu seduire a barguigner, sa maistresse nest pas recepuable a se addresser a lencontre de luy.

Dn̄s pro cõtumelia facta seruo, agit.

DICENDVM *enim est hanc dominam agere non posse. c. autoritate. de priu. in vj. quod c. causas hominum liberorum, quae tantum ad ipsos pertinent quem assumere prohibet. Verum pro iniuria quae fit famulis dominus experitur, si in eius contumeliam id factum sit. §. seruus. ubi Ang. Aret. Insti. de iniur. Bar. in l. j. uers. idem ait. ff. de iniur. Spectat autem ad nos iniuria quae his fit. qui uel potestati nostrae, uel affectui subiecti sunt. d. l. j. uer. spectat. Iniuriam hic nemo ambiget, cum attentetur pudicitia. Datur itaq; actio iniuriarum contra turbãtem agricultores, & colonos domino. Io. And. Anch. in d. c. autoritate. hic in c. ad apostolice. col. ij. de re iud. in vj. Dn̄s autem etiam pro subditis agit Zab. in cle. j. in prin. & col. ij. de rescrip. Id tamen uerũ nõ esse, Anch. loco pximum citato, si solum subditũ tangat: secus si dominũ, quod non debitũ obsequiũ praestet. c. licet. de prob. Ang. Are. in d. §. seruus. Intererat enim & dominae istius ob nati ualetudinem. Tum etiam quod quum molestantur subditi, dicitur & molestari dominus. c. nulli. iij. q. j. Zab. in cle. j. co. ij. de rel. & uen. sanct.*

Aussi pour la dicte maistresse, ne pour la nourrice ne ce

uouldroit trauailler ung pas, ains est content quil ne la uoye iamais,& quon la garde de luy tant quon uouldra. ¶Si replicquoit la dicte dame. Et disoit que du parler cestoit du moins. Mais elle doubtoit daultre chose,cest que il luy troublast son laict.Et que quant iceulx deux seroient ensemble pour faire leurs besongnes, ou parler de conseil, que sa dicte nourrice laissast son enfant crier tout par luy a son aise. Et que lors il cheust en quelque lieu,& saffollast, par ce que quant on est en tel cas,il nen chault guieres,ne nen souuiēt non plus q̄ de uielles matines. Et quant est de la poursuite que elle en faict, soit de present nestoit que pour linterest de son enfant,& non pas de ladicte nourrice. ¶A quoy ledict gallā pour ses duplicques disoit, q̄ de ladicte nourrice nauoit cure.Et quāt il uouldroit, il trouueroit bien allieurs a iouer concluand comme dessus. ¶Finablement les parties ouyes ont este appointees en droit, & au cōseil.Et a la court dict,que la dicte dame ne faict a recepuoir,a soy complaindre dudit gallan,& la cōdāne es despens.

LE XXXIII. AREST.



EN la court de ceās cest complaint ung uiellart dune ieune dame,par ce q̄lle ne le uouloit aymer. Disant quil luy a ia donne plusieurs caintures, & chapperons,affin de estre en sa grace. Mais elle nen tient cōpte,trop bien quand elle ueult auoir de luy aulcune chose elle le scet le mieulx entretenir du monde,en le baisant,& accolāt: mais quant uient au fort,luy respond nescio uos,en luy faisant la rencherie.Et brief,il ne scet, ou il en est. Car quant il cuyde auoir faict,cest lors que il est a recommencer,& pource requeroit,que ueu que il a si grand amour en elle, & qui la seruie,& encores a intētion de faire,q̄ elle fust cōdānee a laymer,& a luy faire des biens comme dame doibt faire a son seruiteur. ¶De la partie de ceste dame fust deffēdu au cōtraire.Et disoit q̄ cest cōtre nature a une ieune fēme daymer uiellart. Car se sōt choses cōtraires cōme blāc &noir,& icōpatibles cōme chault& froit.

Amare senes non debent.

QVAM *alieni ab amoribus debeant esse senes, quamq; sit luxuries in his execra*

execrabilis ex sequentibus patebit. Cicero de senectute. Huius praeclarum munus aetatis, si quidem uero id aufert à nobis, quod etiam in adolescentia uiciosissimum est, de luxuria intelligit. & in j. Officialium. Luxuria uero cũ omni aetati turpis, tum senectuti foedissima est. Seneca lib. iij. Controuersiarũ. contr. vij. senem amatorem nauem esse dicit, quae in portu submergatur. Bacchis meretrix apud Plautum senem mortem uocat, dicitq; odiosum esse mortem amplexarier, & in eadẽ Nicobolus Philoxeni seni increpatur his uerbis: Tun' homo putide
Amator istac fieri audes? Phil. qui non? Ni. quia
Flagitiũ est. & in Mercatore. Tun' capite cano amas, senex nequissime? Et post:
Si unquam uidisti pictum amatorem, hem illic est.
Nam meo quidem animo, uetulus, decrepitus senex
Tantundem est, quasi signum pictum in pariete. Et in eadem:
Quom sis iam aetatis plenus, anima foetida,
Senex hircosus, tun' osculere mulierem,
Vti'ne ei adueniens uomitũ excutias mulieri?
Et post. Etiam loquere larua,
Vacuum esse istac aetate, his te decebat noxijs.
Itidem ut tempus anni, aetatem aliam, aliud factum conuenit,
Nam si istuc ius est, senecta aetate scortari senes,
Vbi loci res summa nostra publica?
Dehinc legem hoc modo tulit.
Annos natus sexaginta qui erit si quem scibimus,
Seu maritum, siue hercle adeo coelibem
Cum eo nos hic lege agemus inscitum arbitrabimur scortarier.
Et per nos quidem hercle egebit, qui suum prodegerit
Neu quisquam post hac prohibeto adolescentem filium,
Quin amet, & scortum ducat, quod bono fiat modo.
Si prohibuerit, plus perdet clam, quàm si nõ prohibuerit. Terentius in Enucho:
Ecce autem alterum:
Nescio quid de amore loquitur: ò infortunatum senem.
Hic uero est, qui si occoeperit amare, ludum, iocumq;
Dices fuisse illũ alterũ, prae ut huius rabies quae dabit. Zambertus eiusdẽ farinae recens autor. Polychrysus senex loquitur, qui haec cum senij incommodis iungit:
At postea id accidit incommodi. Nam uxor fundum
Vult ut fodiam suum. Quod sane tam facile
Factu est, quàm ceruos cursu superare. Et post,
Nam quae iuuenes senibus in matrimonium

Locantur, ubi agros suos incultos cernunt
Crebro templa reuisere simulant,
Aiunt res diuinas sibi curæ esse, at
Malas consumunt trichas. Nam ibi aut
Nutant, aut nictant, aut annuunt. Calentius:
Non facit ad canos ingeniosus amor. Nemasianus:
Nunc album caput & ueneres tepuere sub annis. Faustus:
Prima cupidineis ætas manet apta triumphis
Non gaudet ueteri sanguine mollis amor.

Græcum epigramma est, quo monemur, ab amoribus declinandum fore, cum cani decidunt, qui prudentiæ nuntij sunt:

ἠράσθην τις δ' οὐχὶ κέκωμα, τις δ' ἀμύητος
κώμων. ἀλλ' ἐμάνην ἐκτίνος οὐχὶ θεῶν
ἐῤῥίφθω. πολιὴ γὰρ ἐπείγεται ἀντὶ μελαίνης
θρὶξ ἤδη σωετῆς ἄγγελος ἡλικίης
καὶ παίξειν ὅτε καιρὸς ἐπαίξαμεν ἡνίκα, καὶ νῦν
οὐκ ἔτι πλωοτέρης φροντίδος ἀφόμεθα. sic uertit Pius:

Lusimus ò Veneres satis, anxia pectora amori
Dedimus procul, ò sit procul iste furor.
Tempora canus obit mea, quæ iam nigra fuerunt,
Canus prudentis nuncius ingenij.
Donec erat tempus sat lusimus, arripere at nunc
Est operæ lusus utilioris iter. Pamphilus Saxus:

Aetas iuuenilis apta Veneri.

Ferte patres legem teneram ne ducere poßint. Vxorem cani. Calentius:
Tullius amat Phialem, sed non amat illa maritum,
Vult iuuenem, non uult læta puella senem.

Horatius quinquagenarius ad Venerem lib. quarto car.

—Intermissa Venus diu
Rursus bella, moues parce precor,
Non sum qualis eram bonæ
Sub regno Cynaræ. Desine dulcium
Mater sæua cupidinum
Circa lustra decem flectere mollibus
Iam durum imperijs. abi
Quo blande iuuenum te reuocant preces, &c.

Plutarchus in problematis uxores mense Maio non duci dicit, quod à maioribus natu appellatus sit quod Venerem ualere sinant, sicq; ipsa senibus infensa. Nam ut

Nam ut ait Iuuenalis, ætas Veneri congruentior est, Cicero ad Atticum lib. vj.
Mulieres quidem ualde intelligo delectari obsequio, & comitate adolescentis.
Militat in teneris annis amor hospes amœnus.

Est in canicie ridiculosa uenus. Ber. hæc transcripsit in c. cum in iuuentute. de præsump. in quo Pan. detestabiliorem luxuriam in senectute, quàm in iuuentute dicit, ut qui in iuuentute castus fuerit, præsumatur et in senectute. Aetas enim illa luxuriei suspitionē tollit. c. fraternitatis. xxxiiij. di. & ætas quæ bello apta est, est & ueneri: canente Ouid lib. ix. amorum ad Atticum.

Quæ bello est habilis, Veneri quoq; conuenit ætas
Turpe senex miles, turpe senilis amor. Et subdit:
Quos petiere duces annos in milite forti,
Hos petit in socio bella puella uiro.

Horus Apollo lib. j. scribit Aegyptios cum uoluptatem denotare uelint, sextum decimum numerum insculpere, quod hac ætate iuuenes coeundi uoluptatem accipiunt. Ab adolescentia præterea deductum uerbum Adolescentior, Marcello inquiente, pro luxurior, quod ætas hæc luxuriei conuenientior sit. Est quippe ætas senilis ad Venerem frigida, ad quam rem comprobandam, duorum clasßicorum autorum testimonio solummodo utar. Vergilius:

Adolescētior

Senes Veneri inutiles.

Frigidus in Venerem senior, frustraq; laborem,
Ingratum trahit, & si quando ad prælia uentum est.
Vt quondā in stipulis magnus sine uiribus ignis. Incasßum furit. Iuuen. saty. x.
-Nam coitus iam longa obliuio: uel si
Coneris, iacet exiguus cum ramice neruus:
Et quamuis tota palpetur nocte, iacebit.
Anne aliquid sperare potest hæc inguinis ægri
Canicies? quid quod merito suspecta libido est,
Quæ uenerem affectat sine uiribus? Hoc insuper Aristophanis de sene iuuenē ducente afferam. Δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή. id est, Hera siquidem mulier est sponso seni. Et ut paulo materiam hanc parum longe, & fere a manu distrahamus, mulier quæ talem uirum nacta est, uidua dicitur. Accur. in l. fi. C. ad leg. fal. de plc. Et eam omnibus uiduæ priuilegijs gaudere neoterici iurisconsulti existimarūt, quod ad ecclesiā, Innocētius iij. in c. ij. de trāsl. ep. transtulit. Sed & poëtæ uiduam etiā illam dixerunt, cuius maritus absens sit. Plautus in Sticho:
Credo ego miseram fuisse Penelopen soror suo
Ex animo, quæ tandiu uidua uiro suo caruit. Deianira apud Ouidium sic fatur:
Vir mihi semper abest, & coniugi notior hospes. Phædra etiam apud Senecam, se uiduam dicit cum Theseus apud inferos esset.

Aussi par ordõnance Damours que quant ung homme est uieil, il est excuse de seruir.

Senes à quibus uaccent.

SENI plurifariam in iure delatum est, ut annis maior lxx. & à tutela, & cura excusetur. l. ij. ff. de exc. tut. §. item maior. Inst. eo. l. iij. ff. de iure imm. l. unica. C. qui æta. quam uero ætatem egreßam esse oportet. d. l. iij. l. qui filium. §. fi. ff. ad turp. l. v. uero annis maior à muneribus personalibus. l. fi. C. q æta. lib. x. de maiore lxx. annis. in l. si ultra. C. de decur. expreß. est. Et ad decurionatum inuitus uocari constitutionibus prohibetur. l. ij. §. fi. l. nõ tantũ. ff. de decur. l. decurio formam. C. de decur. Senes etiam inuiti testimoniũ dicere nõ coguntur. l. inuiti. ff. de test. Seneca de breuitate uitæ legem esse ait, qua cauetur militem à quinquagesimo anno nõ cogendũ esse, senatorẽ non citari deberi, & lib. ij. Suasiarũ. Controuersia viij. Senatorem post sexagesimũ quintum annũ in curiam uenire non debere cogi. Ad hoc ultimũ Varronis uerba sunt in ij. De uita patrũ, prout sunt apud Nonium relata. Honestam causam, religiosamq; patefecerit quũ in quintum gradum peruenerant, atq; habebant sexaginta annos, tum denique erant à publicis negotijs liberi, atque ociosi: ideo in prouerbium quidam putant uenisse, ut diceretur sexagenarios de ponte deijci oportere, id est: quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebant. In hanc sententiam etiam Pomponius fusius est, de qua etiam per Adagiorum scholiastas.

Sexagenariũ è ponte deijcere.

Disoit que elle ne luy scauoit bien faire, il cuide q̃ on doibue tout laisser pour entendre a luy, & quon luy doibue chauffer, & froter la teste pour le endormir. Qui est chose mal sortissant a ieune femme. Et quãt est des dons que ledict uiellart se uantoit luy auoir donne, respondit, quil nestoit pas uray, & que en sa uie ne luy auoit dõne, que une armerie a XVI. pompes, que elle garda & mist en sa quenoille, pour la paour de luy, & nestoit donc laccointance bonne. Disoit oultre, que elle aymeroit mieulx estre bruslee, q̃ de rien auoir prins de luy. Car il ne le ualoit pas. Et quant est de le aymer y seroit auant autant que Charlemaigne en Espagne, Et aussi lauoit elle ia par plusieurs fois reffuse. Et concluoit affin de non recepuoir, alias soubstenoit son reffus, & demandoit despẽs. ¶ Aquoy il replicquoit, & disoit que se elle ne le uouloit aymer pour lamour de luy, aumoins pour son argent quil fust ayme. Car il auoit boutte son cueur en elle. ¶ Mais la dame respondit que pour luy ne

feroit

feroit rien,& pour son argent encores moins, en disant que le dict uiellard auoit plus grand mestier dune bouteille, & dune bassinouere pour son lict eschauffer,que de tous les biens Damours. ¶Finablemẽt ꝑties ont este appointees en droit, & au conseil. Si a la court ueu ledit proces, & tout ce quil failloit ueoir en ceste matiere. Et tout ueu dict q̃ a tort,& a mauluaise cause ledict uiellard cest dolu, & complainct de la dicte dame. Et que a bonne & iuste cause elle la reffuse, & le condamne es despens la tauxation reseruee.

LE XXXIIII. AREST.

EN la court de ceans cest assis ung aultre proces entre deux beaulx ieunes enfans portans le noir en leurs diuises, heritiers & ayant cause dung amant trespasse de dueil de sa feu dame Damours, en cas dexces dune part. Et la Mort deffenderesse audict cas daultre part.Et disoyent lesdictz demandeurs que ia pieca dame Nature & beaulte pour monstrer lexcellance de leur ouuraige ilz produyrent, & formerent ung corps de femme plus beau que on pourroit guiere choisir,dont le deffunct fust seruiteur. Et estoit ceste femme auecques la beaulte quelle auoit remplie de toutes uertus speciales, que iamais femme peut auoir. Cest assauoir de coleur,dhonneur,& humilite,de gracieusete, de beau maintien,& doulx regard,tãt q̃ nulle ne la passoit.Et aduint que pour les grands biens qui estoient en elle,que tout chascun luy souhaitoit des biens largement & luy pourtoit grand honneur. Mais la dicte Mort qui en eust desplaisance, & pour loster de ce monde luy getta son dart, & loccist piteusement.De la quelle chose ledict deffunct son amy & seruiteur print telle desplaisance en luy quil en cheust malade au lict, & apres ce quil eust faict son testament, ne demoura guieres quil nalast apres elle. Or disoient leurs heritiers, que ueu que cesdictz deux personnaiges estoyent en saufconduyt Damours, & en sa sauluegarde, que la dicte Mort ny auoit, que

congnoistre,& q̃ par ainsi de les auoir tues elle en estoit tout du long tenue.Et estoit le cas digne de reparation, attendu quil y auoit eu murtre, & occision qui estoit irreparable. Et pource cõcluoyent lesditz heritiers,& heritieres a lencontre dicelle mort,quelle fust condamnee restituer la uie es corps dudit feu amant,& de sa dicte dame quelle auoit ainsi tuee, sil estoit possible:& faire ce pouoit,& a tout le moins a restablir leurs corps par figure,& a les faire paindre au uif ainsi,& en la maniere quilz estoient, aut temps de leur bonne sante, affin que leur pourtraiture demourast sur terre.Et quil fust encore memoire deux. Et auec ce que iceulx heritiers desditz deffunctz fussent declaires exemps de la dicte mort, au moins iusques a ce quilz fussent aages.

Mortis dies incertus.

SI AVTEM homines non antea quàm decrepitam ætatem attigissent morerentur, his esset constitutus mortis limes atq; ferè diei, quod contra est.l.j. ff.de condi.& dem. Nemo enim, ut inquit Seneca in Thieste, tam diuos habuit fauentes, Crastinum ut posset sibi polliceri. Pythagoras, ut autor est Aphthonius, interrogatus quanta foret hominum uita? latebras petijt, per post breue temporis spacium se inspiciendum dedit. Vitæ mensuram ex momentaneo aspectu metiens. Sæpe enim, ut inquit Bœotius lib.ij.consol.phil.ipsum hominẽ uelox hora dissoluit. Non est præterea, autore Martiale ad Iulium, sapientis dicere uiuam: Sera nimis uita est crastina, uiue hodie. Idem ad Posthumum in quinto:

Cras te uicturum cras dicis Posthume semper
Dic mihi cras istud Posthume quando uenit.
Quam longe cras istud ubi est? aut unde petendum?
Nunquid apud Parthos, Armeniosq; latet?
Iam cras istud habet, Priami, uel nestoris annos.
Cras istud quanti dic mihi posset emi.
Cras uiues, hodie iam uiuere Posthumme serum est,
Ille sapit quisquis Posthume uixit heri. Augerianus Et hora.
Crastina quid tradet dicere nemo potest. Crottus ad horologij inspectores:
Quisquis ad hæc properas sublimia tecta uiator
Vt celeri uideas tempora lapsa rota.
Aspice quàm subito labuntur tempora cursu.
Tam subito properat mors inimica pede. Franciscus Iustulus in epicedio:
—Qui nouerit omnis

Esse ho

Esse hominеis bullas, seuæ ludibria mortis
Quæ quoscunq; uelit, quoscunq; & tempore reges,
Cum seruis pariter rapiat iuuenesq; senesq;.

Le quel aage & uie auoit este abregee auxdictz deffuncts au lieu du quel leur fust donne & prolonge.

LEX *naturæ est, ut unicuiq; uitæ terminus statutus sit.* Vergilius in x. *Mortis terminus statutus.*
Stat sua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus
Omnibus est uitæ. Stroza pater:
Hanc natura potens stabili tulit ordine legem
Desinat ut quicquid cœperit omne semel.
Metas cuiq; suas dat inexorabile fatum,
Et nil morte homini certius esse potest. Saxus lib. iij. Epig.
Fixus terminus est necis, dierum
Signauit numerum pater deorum,
Exorant stygias preces sorores, Nullæ.

Et pour reparation des exces qui estoyent grãds concluoit en amẽdes honorables, & ꝑfitables a la discretion des gẽs Damours. ¶ De la partie de ladicte mort fust tẽdu a fin de nõ ꝓceder. Disant q̃ toutes choses crees sur terre sõt en sa subiection.

POETAE *finxerunt Saturnum deũ qui cursum cœlestem, & uarietatẽ temporis signat, proprios filios deuorare: ea scilicet mathematica ratione, quòd omnis causa creata moriatur.* Sallust. in Iugurtha: *Omniáq; orta occidunt, & aucta senescunt.* Et ad Cæsarem de rep. ordi. *Ego sic existimo, quoniam orta intereunt.* Lactantius lib. vij. c. j. *Vnus igitur Epicurus, autore Democrito, ueridicus in hac re fuit, qui ait: & ortum aliquando esse periturum.* Cyprianus cõtra Demetrianum: *Hæc sententia mundo data est, hæc dei lex est, ut omnia orta occidant, & aucta senescant, ut infirmentur fortia, & magna minuantur, ut cũ infirmata, & diminuta fuerint finiantur.* Lucanus in vij. *Libera fortuna mors capit omnia tellus. Quæ genuit.* Et Quintilianus in quinto: *Deficit omne quod nascitur.* Et hæc docet ample Io. Chrysosto. serm. xxij. *de uanitate & breuitate præsentis uitæ.* Io. Antonius Flaminius: *Morti omnia creata obnoxia.*
Lex ea dependet fatis mortalibus una
Omnibus, ut pereant quælibet orta semel.
Nullus ab hac ulla est ratione immunis, & expers
Præstat, & æterno fœdere fixa manet. Saxus:
Pone modum lachrymis, Nam quicquid in orbe
Nascitur, inuicta mors rapit atra manu.

Mors enim omne soluit. §. deinceps. in aut. de nup. col. iiij. Et ea omnium dolor, & solutio est, & finis, ut inquit Seneca de consolatione, ad Martiam siue alius sit. Et hominibus terminus uiæ mors est. §. eodē. in autent. de hær. & fal. col. j. Horatius: —Mors ultima linea rerum. Iuuenalis in x. —Mors sola fatetur Quantula sint hominum corpuscula. Naso in xv. Metamorph.

Tempus edax rerum tuq; inuidiosa uetustas
Omnia destruitis, uitiataq; dentibus æui
Paulatim lenta consumitis omnia morte. Idem lib. iij. eleg.
Scilicet omne sacrum mors importuna prosanat
Omnibus obscuras inijcit illa manus. Calentius:
Nata ruunt, pueri cadimus, tumulamur ephebi
Occidimus iuuenes, deficimusq; senes. P. Saxus loco supradicto:
An nescis rapidos rotæ uolatus
Fatorum genus omne quod sub astris Viuit, præcipiti sequi ruina. Alibi:
Libertas homini nulla est, quæ uiuere cogunt,
Cogunt nos eadem, credite fata mori. Marulus:
Nil magis est certum summa mortalibus hora
Serius, aut citius una terenda uia est. Quintianus:
Omnia uertuntur, rapit effera mortis imago
Omnia non certo tramite cuncta fluunt.
Statutum est enim hominibus semel mori, dicente Paulo ad Hebræos nono.

Et quil nya personne tāt soit fort, q̄ se puisse exēpter delle.

Potētes etiā moriuntur et debiles.

HOMERVS lib. vj. Ili. nemini datū esse mortē effugere dicit, siue ignauus sit, uel strēnuus. Nam unusquisq; nascitur sub mortalitatis cōditione. Claudianus in ij. de raptu proserpinæ: Sub tua purpurei ueniunt uestigia reges
Deposito luxu, turba cum paupere mixti
Omnia mors Lachesis æquat. Pluto Proserpinam alloquitur. & in iij.
Nullo Lachesis discrimine sæuit. Strozius:
Nulli parcit atrox Parcæ manus æquaq; sortis
Demissæ, summæq; homines, æuiq; supremi.
Et medij, primiq; rapit, rapit discrimine nullo
Vna eademq; terenda uia est mortalibus. Mapheus in xiij. Aeneid.
Heu mortem inuisam quæ sola ultricibus armis
Elatos frenas animos communia toti
Genti sceptra tenens, æternaq; fœdera seruans
Quæ magnos, paruosq; teris, quæ fortibus æquas
Imbelles, populisq; duces, seniumq; iuuentæ. Ianus Pannonius:

Respicit

Respicit ad nullos Lachesis communis honores,
Nec curam ullius nobilitatis habet.
Parcere nec senibus, nec parcere nouit ephebis,
Non à formoso continet ore manus,
Nulla fugat uirtus indeuitabile letum,
Non coaceruatas mors reueretur opes,
Nec scit conspicuos gemmata ueste tyrannos,
Nec regum matres, nec trepidare ducum. Pamphilus Saxus:
Non sanguis, non forma potest, non candida uirtus,
Parcarum celeres continuisse manus. Et alibi:
Non fortunatis parcit, non illa beatis
Tartara sub Crasso diuite Codrus abit.

Car elle a seignorie, & domination sur toutes creatures humaines.

OMNIA moriuntur. Syllius in xiiij. *Huc quicquid freta, & igneus æther:* *Moriuntur omnia.*
Nutriuit primo mundi genitalis ab æuo
Mors communis agit, descendunt cuncta, capitq;
Campus iners, quantum interijt restatq; futurum. Statius lib. ij. Syluarum:
-Omnia functa, Aut moritura uides, obeunt noctesq; diesq;
Astraq;, nec solidis prodest sua machina terris,
Nam populos mortale genus, plæbisq; caducæ
Quis fleat interitus, hos bella, hos æquora poscunt.
His amor exitio, furor his & sæua cupido
Vt sileam morbos, hos ora rigentia Brumæ
Illos implacido letalis Sirius igni.
Hos manet imbrifero, pallens Autumnus hiatu,
Quiquid habet ortus, finem timet ibimus omnes
Ibimus, immensis urnã quatit Aeacus umbris. Dies etiã moritur, Mãlius in ij. *Etiam ipse dies moritur, terrasq; per orbem Surripit, & noctis sub carcere claudit.* Lactantius lib. vij. c. j. *Nam cum terram & ignem disperire, consumiq; uideamus, quæ sunt utique mundi partes intelligitur totum esse mortale, cuius membra sunt mortalia. Ita fit ut natum sit quicquid potest interire. Sed omne quod sub uisu oculorum uenit, & corporale (ut ait Plato) & solubile sit necesse est.* Hactenus ille, quibus patet quàm potens sit mors, sed hanc rem in interitu urbium extendamus. Seruius Sulpitius de cuius præconijs, apud Ciceronem in Philippicis ad quem ille libro tertio epistolarum, illius in consolationem Tulliæ filiæ scribit: *Ex Asia rediens cum Aegina Megaram uersus*

nauigarem, cœpi regiones circumcirca prospicere, post me erat Aegina, ante Megara, dextra Piræus, sinistra Corinthus, quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata, & diruta ante oculos iacent, cœpi egomet mecum sic cogitare, hem nos homunculi indignamur, si quis nostrum interijt, aut occisus est, quorum uita breuior esse debet, cum uno loco tot oppidorum cadauera proiecta iacent, uis ne tu Serui cohibere, & meminisse hominem te esse natum. Concors huic Quintiani Stoæ Sententia est:

Hectora Deiphebum, Priamum quoq; Troia Parimq;
Vidit, ubi Troia est dic mihi? Troia iacet.
Mœnia ubi Spartes? Spartes ruit omnia tempus
Mors autem colles, mœnia, saxa, domat.

Mors quid. Ventos etiam interire Franciscus Valerius in ij. dicit. Mors quid A. Gellius lib. ij. c. viij. ex Epicuro. Hanc diffinit Lactantius lib. ij. c. xiij. diuina. inst. hoc modo: Mors est naturæ animantiū dissolutio. uel ita, Mors est corporis animæq; seductio. uel sic, Mors est æterni doloris perpessio. alio modo, Mors est animarū pro meritis ad æterna supplicia damnatio, hæc mutas pecudes non attingit. Acron lib. j. ode. iij. Treis gradus mortis diffinit, fato, casu, genitura. Fato ut stat sua cuiq; dies. Casu uti, sed misera ante diem. Genitura ueluti, Sternitur infelix alieno uulnere. Stoici casu dicūt, Epicurei fato, Pythagorici genitura hominem mori. Vereor ne lector etiam bonus supra quàm æquum sit nimis in re tam clara, tamq; cuiq; etiam ipso periculo notissima me diligentiorem, ac exaggeratiorem nō omnino sine re dicat. Verum facile ueniam condonabit. Quum & si minimo nedū certo tempore hic mā̄situri sumus, omnem tamen erga corpus curam, diligentiam adhibemus, auaritiaq; exardescimus atq; ita exæstuamus in diuitijs conquirendis, ac si nunquam mori debeamus. Quod si saltem id natura ipsa, & experientia non commonedoceant lectura tamen id demonstret. Vt etsi uita breuis sit, uigilijs & labore saltem efficiamus ut hic nos diu uixisse testemur, quam rem præstare quisquam nō aliter poterit, q̄ si uirtuti, bonis literis incumbat nauetq;, quæ res solum nos quondam ortos fuisse testificant, efficiuntq; ut post mortem cum ingenti fama ac gloria uiuamus.

Soient hommes, ou femmes, bestes, ou oyseaux, arbres, & racines.

Arbores moriuntur. ARBORES mori ipsa experientia docet, & etiam Hierocles in aurea Pythagoræ carmina. Cyprianus in Demetrianum. Et arbor quæ fuerat ante uiridis & fertilis, arescentibus ramis fit postmodum informis.

Voire en telle maniere quelle leur peut abreger leur uie, & les prendre sans ce quil en soit parle. Et de ce quelle en faict soit bien ou mal, nest tenue de respondre que deuant le grand iuge

iuge. Et nya iustice Damours ne daultre, ou elle soit subiecte. Et par ainsi perseueroit en sa declinatoyre, & concluoyt affin de non proceder. ¶ Lesdictz heritiers demãdeurs disoyent au contraire, que en ceste matiere estoit question de saufuegarde, & entreprinses faictes sur les droitz Damours. Par quoy la cõgnoissance en appartient a la court de ceans, & non a aultre. Aussi estoit la court souueraine, & y auoit este la cause cõmise de part Amours & les lettres expresses au cas, si que nestoit par ce moyen ladicte declinatoyre recepuable. Ains debuoit ladicte deffenderesse passer oultre, ou les cõclusions, requeste par iceulx demandeurs leur debuent estre adiugez, en requerant la ioinction des gẽs Damours, qui de leur coste disoyent que cestoit mal faict aux aduocatz de proposer telles declinatoyres, contre lhonneur & prerogatiues de la court de ceans, ou il auoyent estez nourris. Car il estoit tout notoyre que des abbus & entreprinses faictes au preiudice Damours, & de ses subiectz la court en debuoit congnoistre, disoyent oultre les dictes gens Damours que par beaulx priuileges & anciens droitz du demaine la Mort na q̃ cõgnoistre sur amãtz q sont en la saufuegarde Damours. Et quelle ne pouoit prendre, ou faire mourir, sinon q̃ il fussent, ou quilz soyent hors daage, ou que ilz ayent renõce a lamoureuse alliãce Damours. Et sur ce allegoyent plusieurs loix. Disoyent aussi que ces amoureux estoyent exemptez de la mort, & au moyen desdis priuileges iamais ne se mettroyent au seruice, ueu que ilz seroyent tous les iours en dãger de leurs personnes. Et quil soit uray que la mort nauoit point de cõgnoissance sur eulx il en apparoissoit assez, & que par experiẽce des amoureulx, qui mõtent & deuallent de nuict, du hault de deux ou troys estaiges par une toaille, ou longiere, pour entrer en une maison, sans eulx blesser, ou mal faire quelconque.

ISTVD exprimit Ouidius in secundo de arte: *Amantes descendunt è tectis.*

At tu perpreceps tecto delabere aperto
Det quoq; furtiuas alta fenestra uias.

Læta erit, ut causam tibi se sciet esse pericli
Hoc dominæ certi pignus amoris erit.

Pareillement de ceulx qui couchent entre deux goutieres toute la nuict, uoyre quant il gelle a pierre fendant, & si nont point de la couuerture ne de froit.

Amantes nõ timẽt frigus.

N O N *enim timent frigus, qui amori inseruiunt, quum illius igne exardescant.* *Ouidianus* Leander:

Frigora ne poßim gelidi sentire profundi
Qui calet in cupido pectore præstat amor. Tibullus:
Non mihi pigra nocent hybernæ frigora noctis,
Non mihi cum multa decidit imber aqua.
Non labor hic lædit.

Strozius pater:
Non me nocturnis uetuit timor ille tenebris
Nec iuuenum audaces ad fera tela manus.
Et potui totas hyberno tempore nocteis,
Fixus ad ingratas peruigilare fores.
Nec mihi sum quæstus Boream *nocuisse, nec imbrem*
Cum grauis urgeret frigida membra dolor.

